



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Appendix. Comprehendens Methodum Compendiarium reformationis
Ecclesiasticæ in Decretis Concilii Tridentini contentæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

APPENDIX.

COMPREHENDENS METHODUM COMPENDIARIAM REFORMATIONIS ECCLESIASTICÆ,

In

Decretis Concilii Tridentini

Contentæ.

Proœmium.

ETſi Sacrodotes omnes & præcipuè Curatores animarum meritò per magni facere, & memoriæ firmiter imprimere deberent, omnium conciliorum œcumenicorum ſaluberrima decreta, utpote maruro conſilio, longâque deliberatione, & ipſo, ut fas eſt credere, dictante Spiritu Sancto ob altiffimos fines concepta, atque ad Eccleſiæ (cujus miniſtri ſunt Sacerdotes) augmentum ac conſervationem, animarumque, quæ ipſis ut Paſtoribus commiſſæ ſunt, ſalutem præcipuè ordinata; quia tamen plerumque nec Libros, in quibus ejuſmodi decreta continentur; ad manus habent, nec etiâ tempus aut animum ad tantam Decretorum multitudinem perlegendam, idèd ſaltem Concilii Tridentini, quod brevi quaſi Compendio omnes præteritorum Conciliorum ſaluberrimas Conſtitutiones renovavit, & confirmavit, Canones atque decreta diligenter pervolvere, ac Studiosè obſervare debent. Quod ut aſſequantur, duo præcipuè prænotare oportet.

11. Primò, Concilium hoc œcumenicum an-

Qq 3

no

no 1542. 22. Maij à Paulo III. Statutum, & in solenni Principis Apostolorum die promulgatum, atque in ipso Sanctorum omnium Festo inchoandum indictum, sed ob varia impedimenta interjecta 13. Decembris primùm inchoatum, postea sub Julio III. continuatum, & tandem sub Pio IV. ducentis quinquaginta Patribus præsentibus feliciter absolutum esse; quod quidem, quantæ sit Authoritatis, quantoque in honore & æstimatione habendum, non possum clariùs & efficacius, quàm verbis Eminentißimi Cardinalis, Pallavicini exprimere, qui in celeberrimâ sua & solidissimâ Historia Concilii Tridentini c. 1. appar. sic loquitur: *Jam verò si quis Religionis processus meretur ob ejusmodi commoda, ut posterorum memoria commendetur, ea sine dubio est habenda a Concilio Tridientino, & ab illius Synodo superiori seculo Tridientino celebrata. Nullum è reliquis Conciliis eâ diuturnius tempore, ampliusque in fidei dogmatibus ibi sancitis, morum legumque mutationibus efficacius, obstaculis interpositis magis arduum, sed diligentius in rebus discutiendis accuratius, & quod ferre solet operis magnitudo, nullum magis ab Amicis collaudatum, ab Inimicis vituperatum.* Ita ille.

III. Secundò notandum est, Concilium hoc duos maximè ob fines Spiritu S. inspirante congregatum, & celebratum fuisse. 1. Ad exaltationem fidei, & extirpationem hæresum. 2. Ad reformationem Cleri, ac populi Christiani, ut dicitur sess. 1. Priorem finem assequi studuit S. Synodus decretis & Canonibus, de plerisque fidei nostræ articulis, & mysteriis S. Spiritu dictante confectis. Posteriores decretis de reformatione, quæ secretis fidei subjunctis. Ea, quæ ad Mysteria fidei pertinent, Theologi

scholis explicant, & aduersus Hæreticos pro-
pugnent. Reformationis negotium Episcopis, aliis-
que Prælatiſ præcipuè incumbit, neque tam expli-
citate indiget, quàm executione, cuius neglectu in-
gens detrimentum multis locis patitur Ecclesia, &
vniuersarum ſalus. Cui utrique, ſi tantum prodeſſe
volunt Episcopis, quantum ſub periculo æternæ da-
mnationis obſtringuntur, nec meliùs, nec faciliùs id
preſtabunt, quàm S. Concilii Tridentini integra ac
inviolata, quoad fieri poterit, obſervatione.

IV. Quia verò decreta Reformationis, pro ut
ſæpius & occaſio ferebat, per ſeſſiones ſparſa ſunt, & ra-
tiones quæ eandem materiam concernunt, ſimul juncta
conſiderantur; imò multa in prioribus inchoata ſo-
luta, & velut delineata pluribus interjectis annis, in
poſterioribus demum ſeſſionibus aucta, completa,
& accuratiùs, prolixiusque definita; quedam et-
iam limitata ſunt. Hinc non aded facile eſt, ſapi-
entiſſimæ, ſanctiſſimæque Reformationis tenorem,
ſingula ejus membra perſpicere, ac animo com-
plecti. Imò non raro errabit, qui in prioribus ſeſ-
ſionibus quælibet quaſi integrè & abſolutè definita
accipiet, cum in poſterioribus multa addantur, & li-
mitentur.

V. Quare operæ pretium viſum fuit fore, ſi
omnia Reformationis capita in methodum redacta,
& in certas partes diſtributa ſub aſpectum darentur,
ut citius, faciliùsque appareat, quid quaque de re
Concilium præcipiat, & quæ ejus decreta quovis lo-
co obſeruentur aut negligantur. Qui labor Cleri-
cis præcipuè gratus accidere debet, utpote quorum
Reformatio præcipuè in his Concilii decretis inten-
ditur:

ditur; atque adeò meritò memoriæ firmiter imprimere debent, quæ ab eodem Concilio ad hunc finem saluberrimè sunt constituta; id quod ascurata hujus Compendiariæ Methodi lectione haud difficulter obtinebunt.

VI. Ut autem omnia ordinatè & distinctè proponantur, summam tres hujus Reformationis partes distingui possunt, quarum prima de iis, quæ ad fidem & Sacramenta quædam, seu potius legitimum eorum usum, valorem & debitam administrationem pertinent tractabit. Secunda de officio & jurisdictione Episcoporum, quæ tanta illis tribuitur, quantam subditorum gubernatio, & Ecclesiæ Reformatio requirit, ager. Tertia, quæ ad officium & disciplinam reliquorum Ecclesiasticorum & partim etiam Laicorum pertinent, explicabit: De quibus Laicis idèd pauca S. Synodus & professio attigit, quia Reformatio Cleri secum trahit Reformationem populi Christiani, ubi enim rectâ viâ eunt Pastores, non aberrant oves.

P A R S I.

*DE IIS, QUÆ AD FIDEM
SEU SACRAMENTA PERTINENT.*

C A P U T I.

DE PROFESSIONE FIDEI.

I. **P**rofessio fidei faciendâ est ab omnibus promovendis ad Ecclesias Cathedrales, & cum informatione de illis in publicum instrumentum redacta mittenda ad Pontificem sess. 24. c. 12.

II. Provisi de beneficiis curatis eandem facere debent.

tenent in manibus Episcopi aut ejus Vicarii intra duos menses Possessionis à die adeptæ Professionis ibidem.

III. Item Provisi de dignitatibus & Canonicatibus Cathedralibus, non solum coram Episcopo, sed etiam in capitulo, alioqui prædicti omnes fructus non faciunt suos. ibid.

IV. Item Episcopi & omnes, qui interesse debent in primo Concilio provinciali, post finem hujus Concilii habent. sess. 25. c. 2.

V. Item omnes promovendi in Patriarchas, Primas, Archiepiscopos, Episcopos; ibidem. Revenientes deferantur ad Pontificem ab Episcopis comprovincialibus, qui interim à communione eorum abstineant. ibid.

VI. Item Magistri, Doctores, & alii in universitatibus singulis annis se obstringant ad ea docenda, quæ sunt Catholicæ fidei conformia. ibidem.

CAPUT II.

DE SACRA SCRIPTURA.

I. Nemo scripturam interpretetur contra communem sensum Ecclesiæ & Patrum; etsi ex interpretatione nunquam forent edendæ sess. 4. de editione & usu Sacrorum librorum.

II. Nemo verba & sententias Scripturæ ad scurrilia, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, insantationes, divinationes, sortes, libellos famosos &c. usurpet, sub pœnis juris & arbitrii episcopalis. ibidem.

III. Nemo imprimat aut imprimi faciat libros de rebus sacris sine Nomine Authoris, nec vendat aut retineat, nec legat, vel aliis communicet, nisi examinatos & approbatos ab Ordinario sub pœna pecuniæ & anathematis Concilii Lateranensis sub Leone X. sess. 10.

IV. Regulares ultra prædicta licentiam suorum superiorum impetrare debent, recognitis eorum libris juxta suas ordinationes ibid.

V. Probatio in scriptis detur, & in fronte libri authenticè appareat; tam ipsa autem, quam examen gratis fiat. ibidem.

VI. Ubi est beneficium pro lectoribus Theologiae deputatum, ordinarii locorum beneficiatos ad interpretationem Scripturae per se ipsos, si idonei sunt, aut per idoneum substitutum, ab ipsis approbandum compellant, etiam subtractione fructuum. sess. 5. c. 1.

VII. De cætero stipendium huiusmodi non nisi Personis idoneis ad hoc munus conferatur, alias provisio nulla. ibidem.

VIII. In Ecclesiis etiam collegiatis insignibus, tale stipendium non est, præbenda, præterquam, ex causa re-signationis, primò vacatura, & compatibilis ad eum ulium ipso facto perpetuò constituta sit ibidem.

IX. Deficiente tali præbenda Metropolitanus vel Episcopus assignatione simplicis beneficii vel contributione Beneficiatorum, vel aliter provideat lectioni Scripturae, aliam tamen contactis lectionibus salvis ibidem.

X. Si Abbates in suis Monasteriis hanc lectionem negligant, ab Episcopis ut delegatis Apostolicis compellantur. In conventibus aliorum Regularium eadem lectio habetur, & dignioribus Magistris assignetur. Item in Gymnasiis publicis aut instituantur, aut restituantur. ibidem.

XI. Nemo ad hujus lectionis officium admittatur, nisi prius ab Episcopo loci de vitâ, moribus, & scientia examinatus, exceptis Lectoribus in claustris Monachorum. ibidem.

XII. Lectores autem & discipuli privilegiis de percipiendis fructibus in absentia gaudeant. ibidem.

XIII. In Ecclesiis tenuibus, & ubi lectio scripturae commodè haberi non potest, Episcopus cum consilio Capituli Magistrum eligat, qui Clericos aliosque pauperes Grammaticam gratis doceat, qui mercedem accipiat ex simplici beneficio, vel ex Episcopi aut Capituli mensa, vel Episcopus aliter provideat. ibidem.

CAPUT III.

DE RELIQUIIS ET IMAGINIBUS.

I. In solitam imaginem, nisi ab Episcopo approbatam nullo loco ponat, vel poni curet. Nulla etiam imago, eula nec novæ reliquæ recipiantur, nisi eodem recognoscantur.

ante & approbante Episcopo, qui Theologos in consilio
adhibeat. fess. 25. de invocatione Sanctorum, reliquiis, & SS.
imaginibus.

II. Si dubius aut difficilis sit abusus, aut questio gra-
vis, Concilii provincialis sententiam expectet, nihil autem
in solutum in Ecclesia, Pontifice inconsulto, decernatur.
ibidem.

CAPUT IV.

DE INDULGENTIIS.

I. In concedendis Indulgentiis moderationem haberi, S.
Synodus cupit. fess. 25. de Indulg.

II. Pravi questus pro his consequendis aboleantur,
alii abusus ex superstitione, ignorantia, irreverentia prove-
nientes ab Episcopo in prima Synodo provinciali referantur,
& statim ad Pontificem deferantur. ibidem.

III. Quæstores, elemosynarii, sive quæstuarii nec
per se, nec per alium prædicent. fess. 5. c. 2. Eorum nomen at-
que usus penitus aboleatur, non obstantibus privilegiis &
consuetudinibus quibuscunque. fess. 21. c. 9.

IV. Indulgentias & alias Spirituales gratias Ordini-
arii adhibitis duobus de Capitulo publicent; iidem ele-
mosynas & sponte oblata charitatis subsidia gratis colligere
possunt. ibidem.

CAPUT V.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

A. Busus, qui ex avaritiâ, superstitione, vel irreverentia
irrepperunt, Episcopi tollere, sedulo curent, ac tene-
antur. fess. 22. de observandis & evitandis in celebra-
tione Missæ.

II. Conditiones, pacta, & quidquid pro Missis novis
celebrandis & importunas elemosynarum exactiones, alia-
que similia prohibeant. ibid.

III. Interdicant, ne cui vago celebrare liceat. ibi-
dem.

IV. Nullum peregrinum sine sui Ordinarii litteris ad
divina

divina celebranda aut Sacramenta administranda admittant. sess. 23. c. 16.

V. Publicè & notoriè criminosos altari ministrare aut Sacris interesse ne permittant. sess. 22. decret. de obl. & evan. in celebr. Missæ.

VI. Privatis in domibus atque extra Ecclesiam & oratoria ab ipsis ordinariis designanda & visitanda Sacrificiis ne sinant. ibidem.

VII. Ab Ecclesiis Musica lascivas, sæculares actiones, vana atque ad eò profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant. ibidem.

VIII. Caveant, ne Sacerdotes aliis, quàm debitis horis celebrent; ne ritus aut ceremonias & preces ab Ecclesiis non receptas adhibeant. ibidem.

IX. Missarum & candelarum numerum, superfluum removeant. ibidem.

X. Doceant populum de sacrificii hujus fructu, & memorent, ut frequenter ad suas Parochias saltem diebus dominicis & majoribus Festis accedant. ibid.

XI. Hæc & quæcunque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi ut delegati Apostolici mandent, corrigant, statuant, sub censuris & pœnis arbitrariis, non obstantibus privilegiis, appellationibus, & consuetudinibus quibuscunque. ibidem.

XII. Ubi tantus est Missarum numerus pro defunctis, ut illis pro singulis præscriptis diebus satis fieri nequeat, vel elemosyna pro illis nimis est tenuis, possunt Episcopi Synodo diœcesanâ: item Abbates & Generales ordinum Capitulis generalibus statuerè, quidquid viderint expedire, ita tamen, ut eorum defunctorum semper commemoratio fiat, qui legata reliquerunt. sess. 25.

CAPUT VI.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

§. I.

De Prima Tonsura & ordinibus minoribus.

I. **P**rimâ tonsurâ non initiatur, nisi confirmatus, & licet

radimenta fidei, ac legere & scribere, quique hoc vitæ ge-
neris ob divinum cultum eligant. Sess. 23. c. 4.

II. Ad minores Ordines promovendi bonum à Paro-
cho & Magistro Scholæ, testimonium habeant, ibidem. c. 5.
linguam latinam intelligant, & dent spem scientiæ majoris
ibidem. c. 11.

III. Per temporum intervalla conferantur, & promovi
a uno quoque tempore se in iis exercent, idque in ea, cui
ascripi erunt, Ecclesiâ; & non nisi post annum à susceptio-
ne postremi Ordinis minoris ad Sacros Ordines promovean-
tur, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud
proposcat. ibidem.

IV. Nullus primâ tonsurâ aut Minoribus initiatus ca-
terum est beneficii ante annum 14. ætatis. ibid. c. 6.

V. Nec gaudet privilegio fori, nisi Beneficium habeat
& habitum ac tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato
Episcopi deserviat, vel in Seminario aut Scholis, quasi in via
ad majores Ordines versetur. ibidem.

VI. In Clericis conjugatis servetur constitutio Bonifa-
cii IX. quæ incipit: Clerici, qui cum unicis. (in 6. de Cle-
rico conjugat.)

VII. Modò alicui Ecclesiæ in habitu & tonsurâ ex de-
terminatione Episcopi deserviant. ibidem.

§. II.

De Ordinibus Majoribus.

I. Ad singulos Majores assumendi per mensem ante or-
dinationem Episcopum adeant, qui Parocho aut alteri com-
mittat, ut nominibus ac desideriis eorum in templo publicè
propositis de ipsorum Natalibus, ætate, moribus, vitâ in-
quirat.

II. Et litteras testimoniales inquisitionem continen-
tes ad Episcopum quàm primùm transmittat. Sess. 23. c. 5.

III. Nullus imposterum ne Regularis quidem ad Sub-
diaconatus Ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 23. ad Pres-
byteratus ante 25. ætatis annum promoveatur. ibid. Privi-
legiis penitus exclusis. ibid. c. 12.

IV. Nullus Clericus sæcularis ad Ordines Majores pro-
movea-

moveatur, nisi pacificè Beneficium sufficiens possideat. Quod resignare validè non possit, nisi expresso titulo hoc Ordinationis, & nisi aliunde vivere commodè possit. Sess. 21. c. 2.

V. Titulo patrimonii vel pensionis ordinari non possunt, nisi quos Episcopus judicaverit Ecclesiis suis necessarias vel utiles, & à quibus patrimonium aut pensio sufficiens vel obtineatur, quam resignare sine licentia Episcopi non possunt, donec aliud beneficium sufficiens habeant. ibidem.

VI. Nullus ordinetur imposterum, qui Ecclesie proprio loco, pro quo assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Sess. 23. c. 16.

VII. Si locum inconsulto Episcopo deseruerit, et sacerdotum exercitium interdicatur. ibidem.

VIII. Subdiaconi & Diaconi ordinentur, ut habeant bonum testimonium, & in minoribus jam probati, ac literis, aliisque necessariis instructi, qui sperent, se posse conuenire, Ecclesiis suis inserviant. ibidem.

IX. Promoti ad Subdiaconatum, ad altiozem Ordinem non ascendant intra annum, nisi aliud Episcopo viderentur. ibidem.

X. Duo Sacri Ordines eodem die nemini etiam Regulari conferantur, non obstantibus quibuscumque privilegiis. ibidem.

XI. Ad Presbyteratum assumantur in aliis Ordinibus antè probati, bonum habentes testimonium per annum in Diaconatu versati, nisi aliud Episcopo videretur; ad Populum docendum præcedente examine reperti idonei & pietate & moribus conspicui. ibidem.

XII. Curet Episcopus, ut Sacerdotes saltem diebus Dominicis & festis solennibus celebrent; Curati autem toties quoties tenentur. ibid.

XIII. Nullus etiam Regularis potest Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, Privilegiis & consuetudine non obstantibus. ibid. c. 16.

XIV. Imposterum ministeria Ordinum non nisi per constitutos in illis exercentur, omnesque Prælati, quantum

fieri commodè poterit, hujusmodi functiones restituant, easque exercentibus ex simplicibus Beneficiis aut Fabrica Ecclesie, si proventus suppetant, stipendia assignent. ibid. c. 17.

XV. Ministeria Minorum, si Cœlibes defint, obire possunt Clerici conjugati, modò non sint bigami, & tonsuram ac habitum gestent. ibidem.

§. III.

Quo tempore ac loco, & à quo Episcopo Ordines conferri debeant.

I. Ordinationes statutis temporibus in Cathedrali Ecclesia vocatis, presentibusque Canonicis publicè fiant. Sess. 23. cap. 8.

II. Si autem alibi, presente Clero loci dignior Ecclesia, quantum fieri poterit, adeatur. ibidem.

III. Episcopus autem viris peritis sibi adscitis, eorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam ibidem examinet. ibid. Regulares quoque sine præcedente examine non ordinet, privilegiis omnino exclusis. ibid. cap. 12.

IV. Episcopi per se ipsos ordinent. Si ægri sint, subditos non aliter, quam probatos, examinatos, ad alium Episcopum dimittant. ibidem.

V. Ordinum collatores, eorumque ministri pro Ordinum & Tonsuræ collatione, item pro dimissoriis aut testimonialibus, vel pro sigillo, etiam sponte oblatum nihil accipiant. Sess. 21. c. 1.

VI. Notariis verò (ubi non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi) alio salario destitutis pro litteris dimissoriis & testimonialibus decimam tantum aurei parte accipere liceat, Contrariis taxis, statutis, consuetudinibus quibusvis cessatis. ibidem.

VII. Unusquisque à suo proprio Episcopo ordinetur. Sess. 23. c. 8.

VIII. Petens promoveri ab alio, non ordinetur, nisi Ordinarii sui testimonio commendetur. Si secus fiat, ordinans collatione Ordinum per annum, & ordinatus ab eorum executione ad arbitrium Ordinarii sit suspensus. ibidem.

IX. Epi-

IX. Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus & Episcopus ordinans in sua Diocesi resideat. Sess. 14. c. 11.

X. Episcopus quoscumque suos Clericos præsertim in sacris Constitutos, sine suo examine, litteris, & auctoritate promotos, quos minus idoneos repererit, ad tempus potest suspendere ab Ordinum exercitio. Sess. 14. c. 3.

XI. Nec Abbates, nec alii exempti, aut collegia, Capitula litteras dimissorias Clericis sæcularibus concedant, sed Episcopi, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibusvis. Sess. 23. c. 10.

XII. Capitula sede vacante, infra annum à die vacationis, dimissorias alicui, qui beneficii recepti vel recipiendi occasione arctatus non fuerit, ne concedant, alias subjaceant interdictioni, & sic ordinati in minoribus nullo privilegio speciali gaudent, in majoribus verò ab exercitio Ordinum ipso jure suspensi. Sess. 7. c. 10.

XIII. Hæc pœna extenditur ad eos, qui eandem litteram ab aliis quibusvis in jurisdictione Episcopi loco Capituli vacante succedentibus obtinent; Concedentes autem beneficio per annum sint ipso jure suspensi. Sess. 23. c. 10.

XIV. Nullus Episcopus Pontificalia in aliena Diocesi exerceat, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in Penas eidem Ordinario subjectas tantum. Sess. 6. c. 5.

XV. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso jure suspensi. ibidem.

XVI. Episcopi titulares neminem etiam præter familiarem suum, continuam commensalitatibus suæ absque sui proprii Prælati expresso consensu aut dimissoriis ad aliquem ordinem vel primam tonsuram promovere valeant. Sess. 14. c. 2. Contra faciens à Pontificalibus per annum, promotor verò ab Ordinibus ad arbitrium sui Prælati sint ipso jure suspensi. ibidem.

XVII. Abbatibus & aliis quibusvis, quantumvis exemptis non liceat intra fines alicujus Diocesis, etsi nullius Diocesis esse dicantur, cuiquam, qui Regularibus sibi subditus non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre. Sess. 23. cap. 10.

CAPUT VII.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Antequam matrimonium contrahatur, contrahentes à proprio Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solennia denuncientur. Sess. 24. de reformatione Matrimonii. c. 1.

II. Nullo legitimo impedimento oppposito Parochus eos in facie Ecclesie conjungat verbis receptis. ibidem.

III. Si suspicio sit matrimonium maliciosè impeditum, vel una tantùm denuntiatio fiat, vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus presentibus matrimonium celebratur. ibidem.

IV. Qui aliter, quàm presente Parocho vel alio Sacerdote de ipsis Parochi seu Ordinarii licentiâ & duobus vel tribus testibus presentibus matrimonium contrahere attemptant, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos facit: insuper sacerdotes, testes, contrahentes, contrafacientes graviter ab Ordinario puniri præcipit. ibidem.

V. Conjuges non cohabitent ante benedictionem in templo suscipiendam à proprio Parocho, sine cujus licentiâ, qui Sponfos conjunxerit, aut benedixerit, jure suspensus maneat, donec ab Ordinario Parochi absolvarur. ibidem.

VI. Parochus Conjugum & testium nomina, diemque nuptiarum locum in libro describat. ibidem.

VII. Moneantur Conjuges, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante consummationem confiteantur & communicent. ibidem.

VIII. Aliæ quoque laudabiles provinciarum Consuetudines retineantur. ibidem.

IX. Hoc decretum quàm primum, & deinde toties, quoties expediet, in singulis Parochiis publicetur, & robur sui habeat post 30. dies à die prima publicationis. ibidem.

X. Unus tantùm sive vir, sive mulier vel ad summum unus & una baptizatum de Baptismo suscipiant, nec plures Parochus admittat. ibidem. c. 2. Inter quos ac baptizatum, & illius Patrem & Matrem, nec non inter baptizatum

tem & baptizatum, baptizatiq; Patrem ac Matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur, de qua, ejusve obligatione suscipientes Parochus moneat, eorumque nomina in libro describat. *ibidem.*

XI. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur; Confirmantem & confirmatum, illiusque Patrem ac Matrem non egrediatur. *ibidem.*

XII. Justitiæ publicæ honestatis impedimentum. Sponsalia valida non sint, nullum sit; si valeant, primæ gradum non excedat.

XIII. Affinitatis quoque ex fornicatione ortæ impedimentum, Matrimonium postea contractum in primo & secundo gradu dirimat. *c. 4.*

XIV. Infra gradus prohibitos scienter contrahens pareatur, & spe dispensationis careat, præcipue si matrimonium consummaverit.

XV. Idem ferat, qui ignoranter id fecerit, solemnitate matrimonii neglectis, si eas adhibuit, facilius & gratis dispensetur.

XVI. In matrimoniis nunquam aut raro, idque nisi ex causa & gratis dispensetur, in secundo gradu non inter magnos Principes & ob publicam causam. *c. 5.*

XVII. Inter raptorem & raptam in potestate raptoris contractum matrimonium est invalidum; quod si loco tuto constituta sit rapta, & raptorem in virum habere velit, eam raptor habere potest. *c. 6.* Et nihilominus ipse, ac consilium, auxilium, favore præbentes, sint ipso jure excommunicati, & perpetuo interclusi, omniūque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decident. *ibidem.*

XVIII. Vagi ad matrimonium non facile recipiantur, nec illorum matrimoniis Parochi intersint sine requisitis præviâ, & licentiâ Ordinarii. *c. 7.*

XIX. Concubinarij tam soluti, quam uxorati, si ab Ordinario etiam ex officio ter moniti à concubinarum contractu se non sejunxerint, excommunicentur. Si in concubinato neglectis censuris per annum permanferint, ab Ordinario severè puniantur. *c. 8.*

XX. Concubinæ publicæ, si ter admonitæ non paruerint, ex officio graviter puniantur, & extra oppidum vel

defin, si videbitur, eijciantur, etiam invocato brachio seculari. Aliis quoque adulterorum & concubinariorum penis in suo robore permanentibus. ibidem.

XXI. Nemo directè vel indirectè subditos suos, vel quoscumque alios cogat, quò minùs liberè matrimonium contrahant. c. 9. Transgressores excommunicationis poenam ipso facto incurrant. ibidem.

XX. Ab Adventu usque ad Epiphaniam, & à Feria IV. Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusivè, observentur antiquæ prohibitiones solennium nuptiarum, quæ aliis temporibus permittuntur. c. 10.

XXIII. Episcopi verò, ut eâ, quâ decet modestiâ & honestate fiant, curabunt. ibidem.

PARS II.

DE OFFICIO ET JURISDICTIONE EPISCOPORUM.

CAPUT I.

DE QUALITATE, PROMOTIONE, ET CONSECRATIONE EPISCOPORUM.

Episcopi eligantur ex legitimo matrimonio nati, ætate ematurâ, gravitate morum & scientia præditi juxta constitut. Alex. III. quæ incipit eum in cunctis. C. 1. de electione & electi potestate. c. 7. Sess. 7.

II. Sint Doctores aut Licentiati in Theologia, vel Jure canonico, aut publico testimonio alicujus Academiæ (vel superiorum, si Regulares fuerint) ad alios docendos idonei, in Sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constituti sint. Sess. 22. c. 2.

III. Cum Ecclesia vacaverit, supplicationes & preces à capitulo pro felici electione indicentur. Sess. 24. c. 1.

IV. Qui jus ad promotionem Episcoporum habent, meruerint, se mortaliter peccare, si, quos digniores judicaverint, præfici non curent. ibidem.

V. In Synodo Proviuciali forma examinis seu inquisitionis & instructionis de promovendis faciendæ, conficiatur, & Pontifice approbanda. S. Inquisitio de persona promovenda, per-

634 *De qualitate, & promotione Episcop.*
da, perfecta, & in instrumentum publicum redacta, cum toto
testimonio ac professione fidei ab eo facta, quam primum
mittatur ad Pontificem. ibidem.

VI. Omnes verò inquisitiones, reformationes, testi-
monia, per Cardinalem, relationem in Consistorio facturam,
& alios tres Cardinales examinentur, ac Relationi omnes
quatuor subscribant, affirmentque sub periculo salutis æte-
næ, promovendos sibi idoneos videri. Relatione autem in
uno Consistorio facta iudicium in aliud differatur, nisi aliud
videatur Pontifici. ibidem.

VII. Supradicta omnia etiam observentur in Crea-
tione Cardinalium, quos Pontifex selectissimos ex omnibus
Christianitatis nationibus, quantum fieri poterit, assumat.
ibidem.

VIII. Ecclesiis Cathedralibus præfecti etiam Cardines,
nisi intra tres Menses Consecrationem recipiant, ad in-
stantium restitutionem teneantur; Si intra totidem menses
stea id non fecerint, Ecclesiis sint ipso jure privati. Sess. 23.
c. 2. Nec prorogationes ultra sex Menses concessæ, ulli sub-
fragentur. Sess. 7. c. 9. Consecratio verò, si extra Curiam
Romanam fiat, in Ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in
Provincia, si commodè fieri possit, celebretur. Sess. 23. c. 2.

CAPUT II.

DE MORIBUS, RESIDENTIA, ET AUCTORITATE EPISCOPORUM.

I. **E**piscopi ita mores componant, ut reliqui ab eis fruga-
litatis, modestiæ, continentiæ, ac humilitatis exem-
pla petere possint. Quare modestiâ, suppellectili & mensis
ac frugali victu contenti sint. Sess. 25. c. 1.

II. Ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, Familiares
que suos augere ne studeant; sed, si pauperes sint, ut paupe-
res juvent. ibidem. Idem à Cardinalibus observetur. ibid.

III. Nemo plures Cathedrales Ecclesias recipere quo-
vis nomine, & simul retinere præsumat; plures nunc deci-
mens, unâ retentâ, reliquas intra sex Menses, si ad liberam
Pontificis dispositionem pertineant, aliâs intra annum dis-
mittat.

...nitate. Sess. 7. c. 2. Alioqui exceptâ ultimò obtentâ, reli-
que eò ipso vacare censentur. ibidem. Unam Cathedra-
lem & aliam Parochialem obtinens; unâ tantùm Parochiali
vel Cathedrali retentâ, aliàs Parochiales intra sex Menses
dimittat; Alioqui omnia beneficia, quæ obtinent, ipso jure
vacent.

IV. Omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Epi-
scopi, in Ecclesiis suis resideant. Sess. 6. c. 1.

V. S. Synodus Sacra antiquos Canones adversus non
residentes innovat. ibidem.

VI. Si quis ex prædictis ab Ecclesia sine justis causis, sex
Mensibus continuis extra Diocesim morando abfuerit, ipso
jure amittat quartam partem fructuum unius anni, fabricæ
Ecclesiæ aut pauperibus applicandam. Si alios sex Menses
abfuerit, aliam quartam partem similiter applicandam amit-
tat. Crescente contumaciâ Metropolitanus Suffraganeos
absentes, Metropolitanum verò absentem Suffraganeus an-
tiquior sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incur-
renda Pontifici denuntiet. ibidem.

VII. Caritas, necessitas, obedientia, evidens Ecclesiæ
aut Reipublicæ utilitas, sunt legitimæ Episcopalis absentiæ
causæ, quas Pontifex aut Metropolitanus, vel eo absente Suf-
fraganeus antiquior in scriptis probare debet. Sess. 23. c. 1.

Nisi absentia inciderit propter munus Reipublicæ Episcopa-
ri adjunctum. Extra prædictas causas absentia spatium
singulis annis sive continuum sive interruptum duas aut sum-
mum tres Menses non excedat; & habeat justam causam, ac
sit sine gregis detrimento, qui præsertim sacris temporibus
deseri non debet. Transgressores hujus pœnæ præter pœ-
nas positas n. 5. & 6., ac mortalis reatum peccati pro rata
temporis fructus suos non faciant, sed teneantur eos, sine a-
lia declaratione fabricæ Ecclesiarum, aut pauperibus erogare,
prohibita quacunq; compositione, nec obstantibus qui-
buscunq; privilegiis. ibidem.

VIII. Episcopis ubique primus honor & locus tribua-
tur, ac præcipua auctoritas. Sess. 25. c. 6.

IX. Idem se Patres & Pastores esse meminerint, nec
indecedenter se demittant erga Regum Ministros, Regulas,
Barones &c. ibid. Principes verò & alii eos debito honore
prosequantur, ibid.

Rr 3

X. Epi-

X. Episcopus, nisi deponendus, sive privandus esset, ut personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur. Sess. 13. c. 6.

XI. Testes in causa criminali, aut aliâ principali contra Episcopum, nisi contestes & bonæ famæ, non recipiantur. Si aliquid ex pravo affectu deposuerint, graviter mulcentur. ibid. c. 1.

XII. Causæ Episcoporum criminales graviore, etiam hæresis, quæ depositione aut privatione dignæ sunt, aut eam pro criminis qualitate Episcopus comparere debet, ab ipso tantum Pontifice cognoscantur, & terminentur. ibid. c. 8. Sess. 24. c. 5. Si necesse sit, causam extra curiam committi non committatur, nisi Metropolitanò, aut Episcopo. Si vero commissio specialis Pontificis manu signata, nec ultra facti instructionem, processusque formationem se extendat, relecta verà Pontifici sententiâ definitiva. ibidem. Ultra supra dicta servetur constitutio Innocentii III. quæ incipit qualiter ibidem. Minores verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum provinciali cognoscantur & terminentur, vel à deputandis per Concilium provinciale. ibidem.

CAPUT III.

DE PRÆDICATIONE VERBI DEI.

I. Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & omnes alii Ecclesiarum Prælati, tenentur per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum JESU Christi Evangelium. Legitimè impediti viros idoneos assumant. Sess. 24. c. 2. Sess. 24. c. 4.

II. Episcopi in Ecclesia sua per se, aut legitime impediti per alios, in aliis autem Ecclesiis per Parochios, sive iis impeditis per alios impensis eorum, ad quos spectat, alios prædicent, saltem omnibus Dominicis & solennibus Festis in Quadragesima autem & Adventu quotidie vel ter in hebdomade, si ita oportere duxerint. Moneantque populum teneri unumquemque in sua Parochia audire Verbum DEI, si commodè id fieri potest. Sess. 25. c. 4.

III. Idem saltem Dominicis & Festis diebus curabunt pueros in singulis Parochiis edoceri fidei rudimenta, & si opus fuerit, censuris compellent eos, ad quos pertinet. ibidem.

IV. Sa-

IV. Sacramentorum vim & usum, non solum, cum hæc per se ipsos erunt administranda, populo explicent, sed etiam à Parochis lingua vernaculâ explicari curent, juxta formam à Cathedra in S. Synodo præscribendam, quam Episcopi in linguam vulgarem verti, & à Parochis exponi curabunt. ibidem. c. 7.

V. Regulares, nisi à suis Superioribus examinati & approbati, ac de eorum licentiâ etiam in Ecclesiis suorum Ordinum ne prædicent, cum qua licentiâ se Episcopis præsentent, & ab eis benedictionem petent, antequam prædicare incipiant. In Ecclesiis verò non suorum Ordinum etiam Episcopi licentiâ habeant, quam Episcopus gratis concedat. Sess. 5. c. 2.

VI. Nullus sæcularis sive Regularis etiam in Ecclesiis suorum Ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat.

VII. Prædicatori errores aut scandala disseminanti, Episcopus prædicationem interdicit, contra prædicantem hæreses, ut ilelegatus Apostolicus procedat. ibidem.

VIII. Regulares extra Claustra & obedientiam viventes vel sæculares, nisi sibi notos & probatos prædicare ne permittant, quorumvis privilegiorum prætextu, donec Pontifex consulatur. ibidem.

CAPUT IV.

DE CONCILIIIS PROVINCIALIBUS ET DIOECESANIS.

I. Provincialia Concilia, sicubi omissa sunt, renoventur. Sess. 24. c. 2.

II. Metropolitanus per se ipsum, seu illo legitimè impedito, Suffraganeus antiquior intra annum à fine hujus Concilii, & deinde quolibet saltem triennio post Octavam Pasche seu alio commodiori tempore Synodum in suam Provinciam cogat. ibidem.

III. Quò Episcopi, aut alii, qui de jure se consuetudine interesse debent, conveniant, iis exceptis; quibus cum periculo transfretandum esset.

Rt 4

IV. Alias

IV. Aliàs Episcopi comprovinciales ad Metropolitanam Ecclesiam accedere invitati ne compellantur. *ibidem.*

V. Episcopi nulli Archiepiscopo subiecti aliquem vicinum Metropolitanum eligant, cuius Synodo provinciali inter sint, & ibi ordinata observent, salvâ in aliis sua exemptione. *ibidem.*

VI. Synodi quoque Diœcesanae quotannis celebrentur. *ibidem.*

VII. Ad quas etiam exempti, qui cessante exemptione interesse deberent, & Capitulis generalibus non subijciuntur accedant. *ibidem.* Parochialium tamen aut aliarum Ecclesiarum Sæcularium etiam annexarum, curam gerentes interesse debeant, quicumque illi sint. *ibidem.*

VIII. Metropolitanæ & Episcopi alique in his negligentes Canonum pœnas incurrant. *ibidem.*

CAPUT V.

DE POTESTATE IN CAPITULA.

I. Capitula Cathedralia, illorumque personarum nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent Auctores, se tueri possunt, quò minus ab Episcopis & aliis maioribus Prelatis per se ipsos solos, vel illis, quibus videbitur, sibi adjunctis toties, quoties opus fuerit, visitari & corrigi, etiam Autoritate Apostolica valeant. Sess. 6. c. 4.

II. Extra visitationem autem non procedat Episcopus licet coram suo Notario & inconsulto tribunali, nisi de consilio & assensu duorum ex capitulo, quos initio cuiuslibet anni capitulum eligat. Sess. 25. c. 6. Unum autem sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere, à quo si ambo discordes fuerint, intra sex dies cum Episcopo tertium eligant, in cuius electione, si etiam discordent, electio sit Episcopi vicinioris & juxta eam partem, cum qua tertius sentiet, res terminetur. *ibidem.* Aliàs processus & inde secuta nulla sint.

III. In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus, ut concubinato & atrocioribus delictis, ubi de fuga timeatur, potest solus Episcopus ad summariam informationem & ne

necessariam detentionem procedere ibidem. Servato tamen in reliquis ordine præmisso.

IV. Episcopi ipsi capitulum convocent, vota exquirant, & juxta ea concludant, si aliquid ad suum suorumque commodum non pertinens, Canonici proponant. ibidem.

V. Vicarius absente Episcopo non admittatur, sed ab eis de Capitulo hoc perficiatur, ad quos spectat. ibidem.

VI. Omnes, qui non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, in causis Ecclesiasticis Episcopo subsunt. Non obstantibus quo ad supradicta privilegiis, consuetudinibus, concordijs, &c. Salvis tamen privilegiis, quæ Universitatibus, earumque personis sunt concessa. ibidem.

VII. Ubi tamen Episcopi aut eorum Vicarii plus juris habent, quàm hic exprimitur, nihil eis derogatur. ibidem.

CAPUT VI.

DE VISITATIONE DIOECESIS.

I. Episcopi diocesim totam saltem biennio, si quot annis propter ejus latitudinem non possunt, per se vel legitime impediti per alios visitent, sess. 24. c. 3.

II. Metropolitanis verò dioceses & Ecclesias suffraganeorum non visitent, nisi causâ cognitâ & probatâ in Concilio Provinciali. ibidem.

III. Archidiaconi autem, Diaconi, aliique inferiores, ibi, ubi hætenus solebant, deinceps per se ipsos visitent, assumpto Notario de consensu Episcopi, qui Visitatores etiam à Capitulo deputandos, ubi illud visitandi jus habet, approbet, nec prohibeatur, easdem Ecclesias seorsim visitare. ibidem. Idem prædicti, visitationis factæ infra mensem rationem reddant, non obstantibus privilegiis & consuetudinibus. ibidem.

IV. Visitationum præcipuus Scopus sit, orthodoxam doctrinam inducere, mores corrigere, populum ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera, pro ut res ferat, ad fidelium fructum constituere. ibidem.

V. Quare Visitatores fraterna caritate, Christianoque zelo, & modesto equitatu, famulatúque visitationem quam celerrimè, debitâ tamen cum diligentia absolvant. ibidem.

Rr 5

VI Pro-

VI. Procuracionis causa pro visitatione etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis legatis jure debetur, nihil etiam oblatum accipiant. exceptis tantum victualibus sibi ac suis frugaliter, moderatè que ministrandis, nisi, qui visitantur, malint solvere pecuniam taxatam antea, pro victualibus solvi consuetam ibidem. Salva item conventionibus cum Monasteriis, aliisque piis locis aut Ecclesiis non Parochialibus junctis. ibidem.

VII. Ubi consuetudo est, ut à Visitatoribus omnia gratis fiant, id observetur. Qui contra superius dicta & decreta aliquid acceperit, dupli restitutionem intra Mensem faciendam pœnis etiam constit. Concilii General. Vienn. que incipit, exigit, (in 6. de censibus & exact.) jaliisque in Synodo provinciali mulsetur. ibidem.

VIII. Patroni in iis, quæ ad Sacramentorum administrationem pertinent se non immisceant, nec visitationi bonorum stabilium, aut ornamentorum Ecclesiæ, nisi quatenus iis id ex foundationibus ac institutionibus competit. ibidem.

IX. Ordinarii Ecclesias quascunque quomodolibet exemptas autoritate Apostolicâ singulis annis visitare teneantur, Appellationibus, privilegiis, consuetudinibus penitus exclusis. sess. 7. c. 8.

X. Item beneficia curata cathedralibus, collegiatis, seu aliis Ecclesiis monasteriis & piis locis quibuscunque unita. Deputent autem Vicarios etiam perpetuos, si expedire videbitur, eis tertiâ parte fructuum, aut majore vel minore etiam super certâ re assignata, qui animarum curam exercent, non obstantibus, privilegiis, &c. sess. 7. c. 7.

XI. Singulis item annis visitent Monasteria commendata, ubi non viget regularis observantia (exceptis illis, quæ ordinum suorum superioribus non subjectis subsunt, etiam commendata existant. sess. 25. de regul. c. 20. Nec non beneficia quævis etiam regularia qualitercunque commendata congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, curam animarum aliaque rectè exerceri curent, non obstantibus privilegiis, &c. sess. 21. c. 8. In Monasteriis commendatis, ubi viget Regularis observantia, si Regulares superiores ab Episcopo admoniti intra sex Menses non visitaverint.

staverint, Episcopus etiam ut delegatus Apostolicus ea visitare & corrigere possit, juxta eorum instituta, non obstantibus quibuscunque. *ibidem*.

XII. Ecclesie item seculares, quae in nullius diocesi sunt, ab Episcopo, cujus Ecclesia cathedralis est proximior, si id conster; alioquin ab eo, quem semel in Concilio Provinciali Praelatus loci elegerit, tanquam delegato Apostolico, visitentur, non obstantibus privilegiis. *sess. 24. c. 9.*

XIII. Episcopi habent jus visitandi Hospitalia, collegia, ac Confraternitates Laicorum, etiam quas Scholas. seu aliter vocant, non tamen quae sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia, eleemosynas Montis pietatis, siue caritatis, & pia loca omnia quomodocunque nuncupata & exempta. *sess. 22. c. 8.*

XIV. Denique in iis, quae ad visitationem & morum correctionem spectant, habeant jus etiam, ut delegati Apostolici, ea ordinandi, moderandi, puniendi, quae illis utilia ac necessaria videbuntur. *sess. 24. c. 10.* Neque in his exemptio, appellatio, etiam ad Pontificem, executionem impediatur, aut suspendat. *ibidem*.

CAPUT VII.

DE CURA PAROCHORUM ET PAROCHIARUM.

I. Episcopi etiam & delegati Apostolici cogant Rectores Ecclesiarum Parochialium, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes adungere, quot erunt necessarii ad Sacramentorum administrationem & divinum cultum. *sess. 21.*

II. Ubi locorum distantia & difficultas exigit, novas Parochias constituent, juxta. *Constit. Alex. III. quae incipit, ad audientiam.* (l. 3. de Ecclesiis aedificandis.) Novis autem Parochias assignent portionem competentem ex fructibus Ecclesiae Matricis, aut Populum compellant ad eam subministrandam, non obstantibus etiam quibuscunque provisionibus vigore resignationis. *ibidem*.

III. Ubi Parochiales Ecclesiae certos non habent fines, eos distinguant, & unicuique suam peculiarem Parochiam assignent. *sess. 24. c. 13.* Ubi nullae sunt Parochiales, quam

quamprimùm fieri curent, non obstantibus quibuscunque. &c. ibidem.

IV. Illiteratis & imperitis Parochis, si aliàs honesta vitæ fuerint, Coadjutores aut Vicarios deputent, assignata fructuum parte, aut aliter eis providentes. Scandalosè viventes & præmonitos castigent, incorrigibiles beneficiis privent, etiam ut delegati Apostolici, non obstante exemptione aut appellatione. &c. ibidem.

V. Eosdem ad prædicationem verbi Dei & habendam doctrinam Christianam compellant.

VI. Cùm Parochialis Ecclesiæ cujuscunque, etiam si reservata vel affectata fuerit, generaliter aut specialiter vigore cujusvis indulgi, vacatio per obitum, vel resignationem etiam in curiâ seu aliter contigerit, Episcopus statim, si opus fuerit, in ea vicarium constituat, assignata congruâ fructuum portione. sess. 24. c. 18.

VII. Episcopus & Parochus intra decem dies vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum aliquot idoneos nominet, coram examinadoribus deputandis. ibidem. Possunt tamen etiam ab aliis aliqui apti nominari, imò & per obitum vocari, qui volent examinari ibidem.

VIII. Constituto tempore, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, aut eo impedito ab ejus Vicario, & aliis examinadoribus, non paucioribus, quàm tribus, quorum votis, si pares aut singulares fuerint, accedere potest Episcopus vel Vicarius, quibus videbitur. ibidem.

IX. Examinatores sint Doctores aut Licentiatii in Theologiâ, vel jure Canonico, aut alii idonei Clerici seu Regulares etiam Mendicantes, qui jurent ad SS. Evangelia, se fideliter munus executores. Nihil accipiant occasione examinationis, alioqui Simonix vitium incurrent, tam ipsi quam dantes, à qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, & ad alia inhabiles reddantur. ibidem. Si quid contra officium præterea fecerint, graviter puniantur à Synodo provinciali.

X. Quot annis autem sex Examinatores ab Episcopo aut Vicario proponantur in Synodo diocesana, qui ab eo probentur, ut vacante aliqua Ecclesia Parochiali Episcopi arbitrio ad examen adhiberi possint. ibidem.

XI. Ex his, qui ab Examinadoribus idonei judicati fuerint,

fuerint, Episcopus eligat digniorem, cui, & non alteri Beneficium conferat, ad quem pertinet.

XII. Si Patronus sit Ecclesiasticus, vel institutio Episcopi, Patronus digniorem praesentet Episcopo, ut ab eo instituat; Si institutio est alterius, Episcopus solus eligat digniorem, quem Patronus ei praesentet, ad quem institutio spectat. ibid. Si patronus sit Laicus, is qui ab eo praesentatur, examinetur, uti supra, & non nisi idoneus admittatur. ibidem.

XIII. Non autem alteri; quam uni ex examinatis & approbatis collatio fiat, alias provisio sit invalida, & subrepticia censetur. Nec examinatorum relationem, quod minus executionem habeat, ulla devolutio aut appellatio, etiam ad Pontificem impediatur. ibidem. Non obstantibus privilegiis quibuscumque & concessis quibusvis universitatibus etiam ad certam summam, &c.

XIV. Quod si Parochiae tenuitas operam examinis non ferat, aut nemo ei se quærat subicere, aut dissidia aut tumultus possint excitari, potest ordinarius aliud privatum examen adhibere, cæteris tamen, ut supra servatis. ibidem. Licet etiam Synodo provinciali examinis praescripti formam moderari. ib.

CAPUT VIII.

DE SEMINARIIS CLERICORUM.

I. Singulae Cathedrales & majores Ecclesiae puerorum in ipsius civitatis & diocesis provincia, si ibi non reperiantur, numerum, in collegio, loco convenienti ab Episcopo eligendo alere & religiosè educare teneantur. sess. 23. c. 18.

II. Non recipiantur autem, nisi saltem duodennes & legitime nati, legere & scribere docti, bonae item indolis ac spei, praecipue pauperum Filij, nec tamen ditiorum excludantur, si suo sumptu alantur.

III. Tonsuram & habitum ferant clericalem, grammaticam, cantum, Computum Ecclesiasticum, aliasque bonas artes; item scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sacras, & ea, quae ad Sacramentorum administrationem, praecipue

puè Confessionis, & Cæremonias pertinent, edificant. Singulis diebus Missæ interfint, & saltem singulis Mensibus confiteantur, & juxta Confessionis judicium communicent, Cathedrali & aliis loci Ecclesiis diebus festis inserviant. ibidem.

IV. Hæc aliâque opportuna Episcopi cum consilio duorum Canonicorum seniorum & graviorum, quas ipsi elegerint, constituent, servarique curabunt. Discolos quoque & incorrigibiles acriter punient, &, si opus fuerit, expellent.

V. Ultra ea, quæ ad instituendos vel alendos pueros in aliquibus locis sunt destinata, & eo ipso huic seminario sub Episcopi curâ sunt applicata, iidem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo altera Capitulo eligatur, itemque duorum de Clero civitatis, quorum alter ab Episcopo item, alter à Clero eligatur, ex fructibus mensæ Episcopalis & Capituli, omnium item dignitatum, præbendarum, portionum hospitalium, quæ dantur in titulum vel administrationem Beneficiorum quorumcumque Regularium, etiam Abbatiarum, Prioratum, Monasteriorum (non tamen Mendicantium) & aliorum Collegiorum (exceptis iis, in quibus sunt seminaria discipulorum & docturorum, nisi habeant redditus superfluos) ex Fabricis Ecclesiarum & aliorum locorum, ex decimis, unde subsidia Ecclesiastica solvuntur, pertinentibus ad Laicos & Milites cujuscumque Ordinis, Fratibus S. Joannis Jerosolymitani duntaxat exceptis, portionem antiquam detrahent, eamque cum aliquot simplicibus Beneficiis, qualibuscumque, etiam ante vacationem sine cultus divini & illa obtinentium præjudicio, huic collegio applicabant. ibidem.

VI. Ad hanc autem portionem solvendam supradictorum possessores non modò pro se, sed pro pensionibus quoque, quas aliis forsitan solverent, retinendo pro rata, quidquid pro dictis pensionibus illis erit solvendum, ab Episcopo per censuras & alia juris remedia compellantur, invocato etiam brachio sæculari. ibidem, non obstantibus quoad supra dicta privilegiis, consuetudinibus, appellatione, &c. ibidem.

VII. Episcopos in seminarii erectione & conservatione

tionem negligentes, Archiepiscopus, Archiepiscopum & superiores, Synodus Provincialis acriter corripiat, & ad supra dicta omnia cogat. ibidem.

VIII. Dotato hac aut alia ratione Collegio portio detracta ab Episcopo, pro ut res exegerit, in totum vel pro parte remittatur. ibidem.

IX. Rationes reddituum Episcopus singulis annis accipiat, presentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero civitatis deputatis. ibidem.

X. Ordinarii Scholasterias obtinentes, & alios quibus docendi munus incumbit, per se ipsos, si idonei fuerint, aut idoneos substitutos ab ipsis eligendos, & ab ordinariis approbandos in scholis docere compellant, etiam per subtractionem fructuum; si iudicio Episcopi digni non fuerint, alium nominent, alioqui Episcopus deputer. ibidem. Doccant autem predicti, quæ Episcopo videbuntur, expedire. De cætero Scholasteria non nisi Doctoribus aut Licentiatibus in Theologia aut jure Canonico, aut aliis ad docendum idoneis personis conferantur, alias provisio sit nulla, non obstantibus privilegiis & consuetudinibus, &c. ibidem.

XI. Si ob Ecclesiæ paupertatem collegium erigi non possit, Synodus provincialis vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus suffraganeis in Ecclesiâ Metropolitana vel alia provincia, unum aut plura collegia ex fructibus duarum aut plurium Ecclesiarum tenuium erigat. ibidem.

XII. In amplis diocæsis possunt plura esse seminaria, quæ tamen ab uno principali dependant. ibidem.

XIII. Si in seminarii institutione vel conservacione difficultas oriatur, Episcopus cum supra deputatis vel Synodus provincialis, etiam supra scripta opus fuerit, moderando aut augendo providere valeat. ibidem.

CAPUT IX.

DE POTESTATE IN BENEFICIIS CONFERENDIS, UNIENDIS, COMMUTANDIS.

Beneficia, præsertim curata, personis dignis, quæ reside-
re & curam per se exercere valeant, conferantur, juxta
Constit.

Constit. Alexand. III. quæ incipit, quia nonnulli (l. 3. de præbend. & dignitat.) & aliam quia nonnulli (l. 3. de Cler. non res. fid.) & aliam Greg. X. quæ incipit licet Cano. (in 6. de electione & electi potestate) aliàs provisio erit nulla, & collator pœnas, cap. grave nimis (l. 3. de præbend. & dignit.) se non erit incursum. sess. 7. c. 3.

II. Qualitatibus, ordinibus, gradibus, oneribus, quæ in beneficiis erectione, fundatione, aut aliis constitutionibus requiruntur in beneficiis collatione, aut alia quavis dispositione, non derogetur; aliter facta provisio subreptivè censetur. sess. 25. c. 5.

III. Facultates de non promovendo, præterquam in casibus jure expressis, ad annum tantum suffragantur. sess. 12. c. 12.

IV. Præsentati à quibusvis Ecclesiasticis personis confirmantur, nec admittantur, nisi fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti, non obstante privilegio, consuetudine appellatione. ibid. c. 13.

V. Præsentatis tamen ab Universitatibus seu Collegiis studiorum generalium exceptis, ibidem. (Nisi cum præsentantur ad Parochias, quo ad hoc enim derogatur huic privilegio. sess. 24. c. 18. vide supra cap. n. 11.)

VI. Liceat Episcopo præsentatos à Patronis, si idonei non fuerint, repellere. sess. 25. c. 9.

VII. Si institutio sit inferiorum, ab Episcopo tantum examinentur, alioqui institutio ab inferioribus facta sit irrita. ibidem, salvo privilegio universitatum proxime superposito.

VIII. Regularia beneficia cum vacaverint, Regularibus tantum illius ordinis, vel iis, qui habitum suscipere, professionem teneantur emittere, conferantur sess. 14. c. 12. sess. 25. c. 21.

IX. Uniones perpetuæ à quadraginta annis citra præterita, examinentur ab ordinariis, ut delegatis Apostolicis, per subreptionem obrentæ, irritæ declarentur. sess. 14. c. 6. Effectum verò à dicto tempore in totum nondum sortitæ, & deinceps faciendæ, nisi ex legitimis causis coram Ordinario, vocatis, quorum interest, verificandis, factæ sint, subreptivè censentur, & nisi Pontifex alium declaret, irritæ & inane sunt. ibidem.

X. Uniones factæ de Beneficiis liberis cum Ecclesiis & Beneficiis quibuscunque juri Patronatum & Laicorum subiectis, ut ejusdem juris Beneficia libera fiant; nondum plenarium sortitæ effectum, vel deinceps etiam Apostolica auctoritate faciendæ, per subreptionem obtentæ intelligantur, nec executioni demandentur. *sess. 25. c. 9.*

XI. A quadraginta annis citra factæ, & plenum effectum nondum consecutæ ab Ordinariis vel Delegatis Apostolicis examinentur, & quæ per sub vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. *ibidem.*

XII. Concilium provinciale vocatis, quorum interest, expendat, quas Ecclesias Cathedrales propter angustias, tenuitatemque unire, aut proventibus augere expediat, confectâque de super instrumenta ad Pontificem mittat, à quo interim Episcopis de Beneficiis aliquibus (dum tamen curata non sint, nec dignitates & Canonicatus, seu præbendæ, nec Monasteria, in quibus viget Regularis observantia, vel quæ Capitulis generalibus & certis visitatoribus subduntur) poterit provideri. *sess. 24. c. 14.*

XIII. Episcopi etiam ut Delegati Apostolici sine præjudicio obtinentium possunt facere uniones perpetuas, quarumcunque Ecclesiarum Parochialium, & quorumvis beneficiorum (non tamen Regularium, ut patet ex *sess. 24. c. 13.*) cum curatis propter paupertatem & in aliis casibus à jure permisis, &c. *sess. 21. c. 5.* Quæ uniones non possint revocari etiam vigore resignationis. *ibidem.*

XIV. Si per unionem Beneficiorum Ecclesiæ Parochiales tenues juvari non possint, curabit Episcopus, ut primitiarum vel decimarum assignatione, aut Parochianorum collectis, Parocho satisfiat. *sess. 24. c. 13.*

XV. Ecclesiæ Parochiales ex nulla causa uniantur Monasteriis, Abbatibus, Dignitatibus, sive Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, aut collegiatæ, sive Beneficiis simplicibus aut hospitalibus, militiisvc. *ibidem.* Quæ unitæ sunt, revidentur ab Ordinariis juxta. *n. 9.*

XVI. Cathedralis Ecclesiæ, quarum redditus ducatos 1000. & Parochiales, quæ ducatos 100. non excedunt, nullis pensionibus aut reservationibus fructuum graventur. *ibidem.*

XVII. Ubi frequentes, nimisque tenues sunt præbendæ, simul cum distributionibus, liceat Episcopis cum consensu Capituli aliquot simplicia beneficia (non tamen regularia) iis unire, vel aliquibus suppressis cum Patronorum, si Laici sint, consensu, eorum fructus applicare, sine cultûs divini tamen suspendio, non obstantibus privilegiis, &c. Nee tales uniones impediri possint etiam vigore resignationis. *sess. 24. c. 12.*

XVIII. Ubi nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel nimis tenues, tertia pars proventuum tam dignitatum, quàm Canonicatum, personatum, officiorum, portionum in illas convertatur, & inter divinis interessentes distribuitur, juxta divisionem ab Episcopo etiam, ut delegato Apostolico in primâ fructuum reductione faciendam. Salvâ consuetudine Ecclesiarum, in quibus non residentes nihil, vel minus tertiâ parte percipiunt, non obstantibus exemptionibus, consuetudinibus, &c. *sess. 21. c. 3.*

XIX. Beneficia quæcunque unius diæcesis, quæcunque de causa alterius diæcesis beneficio, Monasterio vel loco perpetuò non uniantur. Decretum hujus S. Synodi per hujusmodi unionibus in hoc declarando *sess. 14. c. 9.*

XX. Beneficia sæcularia curata quæcunque deinceps in simplex beneficium etiam assignata vicario perpetuo congrua portione non convertantur, non obstantibus quibuscunque gratiis, effectum plenarium non consecutis. In quibus autem cura animarum in vicarium perpetuum transiit, est, eique congrua portio non assignata, ad minus intra annum à fine Concilii assignetur. Si commodè id fieri non possit, aut intra dictum terminum non fiat, cum primum beneficium à vicario vacaverit, beneficium curam animarum recipiat, ac vicariæ nomen cesset. *sess. 25. c. 16.*

C A P U T X.

DE POTESTATE IN ECCLESIAS, ALIÆQUE LOCA PIA, ET QUASVIS DISPOSITIONES PIAS.

I. **C**ompetit Episcopis jus & potestas visitandi quasvis Ecclesias etiam exemptas, etiam in nullius Diæcesis

frat; item Beneficia quævis curata aliis Ecclesiis aut locis
piis unita; item Monasteria & Beneficia commendata; item
Hospitalia & quæcunque loca pia.

II. Episcopi etiam, ut delegati Apostolici transferre
possint Beneficia simplicia ex Ecclesiis collapsis, & ob inopi-
am irreparabilibus vocatis, quorum interest, in matrices Ec-
clesias aut alias, ubi erigant altaria vel Capellas sub eisdem
invocationibus, vel in jam erecta altaria vel capellas
transferant cum emolumentis & oneribus Ecclesiarum col-
lapsarum. sess. 21. c. 7.

III. Parochiales verò Ecclesias ita prolapsas refici
procurent, ex fructibus illorum, qui, si non sufficiant, Patronos
& alios aliquid ex dictis Ecclesiis percipientes, aut in illo-
rum defectum Parochianos ad prædicta cogant, appellatione
& exemptione remora, ibidem. Si nimia sit regestas, in ma-
trices seu viciniore Ecclesias transferantur cum facultate
tam dictas Parochiales, quam alias Ecclesias dirutas in pro-
fanos usus, erectâ tamen ibi cruce, convertendi. ibidem.

IV. Curent ordinarii, ut Hospitalia quæcunque, fide-
liter gubernentur, juxta constit. Concilii Vienn. quæ inci-
pit, quia contingit (1.3. Clement. de religiosis domibus) sess.
7. c. 15.

V. Qui verò Hospitalia aut alia loca pia ad peregrin-
orum, infirmorum, pauperumve usum præcipue instituta,
quocunque titulo commendæ, administrationis, unionis ob-
tineant, impositum illis onus & hospitalitatem exercent,
sess. 17. c. 8.

VI. Si Hospitalia pro certo personarum genere, qua-
rum nullæ aut perpaucæ ibi reperiuntur, sint instituta, fructus
illorum in alium pium usum institutioni proximiorum Or-
dinaris cum duobus de Capitulo per ipsum deligendis con-
vertat, nisi in hunc eventum aliter in fundatione aut insti-
tutione sit expressum, tunc enim id servetur, aut, si non possit,
ipse, pro ut supra provideat. ibidem.

VII. Si Hospitalium administratores cujuscunque
Ordinis aut dignitatis, etiam Laici (non tamen subjeçti Re-
gularibus, ubi viget regularis observantia) ab Ordinario
moniti hospitalitatem non exercent, per censuram non so-
lunt

ss 2

lūm compelli possunt, sed ipsa etiam administratione perpetuò privari; nihilominus in foro conscientie obligati ad fructuum restitutionem, quæ nullatenus eis remittatur. *ibidem.* Nec administratio ejusmodi locorum deinceps, cui quàm in ultra triennium committitur, nisi aliter in fundatione cautum sit. *ibidem.*

VIII. In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex justa & necessaria causa fieri debent, Episcopi tanquam delegati Apostolici summarie & extra judicialiter cognoscant, nihil in precibus tacitâ veritate vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam executioni demandentur. *sess. 22. c. 6. non obstantibus quibuscunque, &c.*

IX. Episcopi etiam ut delegati Apostolici in casibus in jure concessis omnium piarum dispositionum tam in ultimâ voluntate, quàm inter vivos sint executores. *ibidem. c. 5.* Ac omnia, quæ ad Dei cultum aut animarum salutem seu pauperes sustentandos sunt instituta, ipsi ex officio cognoscant, & exequantur, non obstantibus quibuscunque. *ibidem.*

X. Administratores tam Ecclesiastici quàm Laici Fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis, Confraternitatis, & quorumcunque piorum locorum singulis annis rationem reddere teneantur, ordinario, nisi aliter sit cautum in institutione *ibidem. c. 9.* Si aliis ratio reddenda esse cum iis adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ administratoribus liberationes non suffragentur. *ibidem.*

CAPUT XI.

DE AMPLISSIMA JURISDICTIONE EPISCOPORUM IN FORO ECCLESIASTICO.

§. I.

De potestate absolvendi, dispensandi, puniendi.

I. **P**ossunt Episcopi dispensare in irregularitatibus & suspensionibus

sonibus ex delicto occulto, excepta ea, quæ ex homicidio voluntario & aliis deductis ad forum contentiosum oritur.

II. Et in quibuscunque casibus occultis etiam Pontifici reservatis, subditos in Diæcesi sua per se ipsos aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro Conscientiæ gratis absolvere impositâ pœnitentiâ. Idem & in hæresis criminæ in eodem foro conscientiæ, iis tantum, non eorum Vicariis fit permissum. sess. 24. c. 6.

III. Qui homicidium voluntarium commiserit, omni ordine ac Beneficio & officio Ecclesiastico perpetuò careat. sess. 14. c. 7.

IV. Si homicidium casu vel vim vi repellendo commissum narretur, dispensatio jure quodammodo debita committatur Ordinario, aut ex causa Metropolitano seu viciniori Episcopo, qui non nisi causâ cognitâ & probatis precibus ac narratis dispensare possit. ibidem.

V. Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitimâ causâ possit dispensare. sess. 23. c. 14.

VI. Dispensationes extra Romanam curiam committendæ, Ordinariis impetrantium committantur, quæ gratiose concedantur, nec sortiantur effectum, nisi ab eisdem ut delegatis Apostolicis summarie & extrajudicialiter cognoscantur, preces sub vel obreptionis vitio carere. sess. 22. c. 5.

VII. Pro publicis delictis publicam pœnitentiam exponi oportet, quam ex causa Episcopus etiam in secretam potest commutare sess. 24. c. 8.

VIII. In Ecclesiis cathedralibus, ubi commodè fieri potest, Episcopus instituat pœnitentiarium, cum uniõne præbendæ proximè vocaturæ, qui sit Doctor aut Licentiatus in Theologia, aut jure Canonico, & annorum 40. ibidem.

IX. Excommunicationes ad finem revelationis, ut ajunt, pro deperditis seu subtractis rebus à solo Episcopo decernantur, nec nisi ex causâ gravi, & diligenter examinatâ. sess. 25. c. 3. In causis verò judicialibus Judices Ecclesiastici, quandocunque ab ipsis executio realis vel personalis fieri potest, abstineant à Censuris ex interdicto ibid. Sed liceat eis in causis civilibus contra quoscunque etiam Laicos, per multas pecuniarias (quæ locis piis ibi existentibus eo ipso,

quod exactæ fuerint, assignentur) seu per captionem pignorum, personarumque distractionem, seu etiam per Beneficiorum privationem procedere, & causas definire. *ibidem.*

X. Si executio realis vel personalis hac ratione fieri non poterit sitque erga Judicem contumacia, censuris quoque locus erit præter alias pœnas. Sicut & in Criminalibus, si executio realis vel personalis fieri non poterit, & delicti qualitas præcedente saltem binâ monitione, etiam per edictum postulet *ibidem.*

XI. Excommunicatus post legitimas monitiones non respiciens, non solum ad communionem non recipitur, sed si non censuris per annum paruerit, contra eum tanquam de Hæresi suspectum procedi possit. *ib.*

XII. Episcopus per se seu Vicarium generalem ad Clerici condemnationem, nec non verbalem depositionem & per se ipsum etiam ad actualem degradationem potest procedere sine præsentia Episcoporum, à Canonibus requisitis, adhibitis totidem Abbatibus infulatis, si commode interire possint, alias aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis, juxtaque peritis, *sess. 13. c. 4.*

§. II.

De causis ad Episcopos pertinentibus, & Appellatione ab illis.

I. Causæ omnes Ecclesiasticæ, etiam Beneficiales in primâ instantiâ coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur. *sess. 24. c. 40.*

II. Atque omnino saltem infra biennium à die motus litis terminentur. *ibidem.*

III. Post id spatium liberum sit, Judices superiores adire. *ibidem.* Nec antea causæ aliis committantur, nisi à definitiva, vel definitivè vim habeant, & ejus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat. *ibidem.*

IV. Exceptis causis juxta Canones tractandis apud Pontificem, vel quas ipse speciali rescripto signaturæ manu propriâ subscribendo commiserit, & avocaverit. *ibidem.*

V. In singulis Conciliis Provincialibus aut dicecesanis aliquot personæ qualificatæ juxta constitutionem Bonif. VIII. que

VIII. quæ incipit statutum, (in 6. de rescriptis) designentur, ut præter Ordinarios, iis etiam, causæ Ecclesiasticæ in partibus delegari valeant. sess. 25. c. 10.

VI. Aliquo ex designatis mortuo substituat Ordinarius alium usque ad futuram synodum, ita ut quatuor saltem sint, post quorum designationem Pontifici transmissam, delegationes aliorum Judicum subreptitæ censeantur. ibidem.

VII. Causæ Marrimoniales & Criminales non Deçani, Archidiaconi, aliorumque inferiorum, sed Episcopi tantum jurisdictioni relinquuntur, etsi inter illum & alios inferiores super causarum istarum cognitione lis pendeat. sess. 24. c. 20.

VIII. Pauper non cogatur extra Provinciam. nec in secundâ, nec in tertiâ instantiâ litigare, nisi pars altera alimenta & expensas litis velit subministrare. ibidem.

IX. Legati etiam de Latere, aliique non solum Episcopos in prædictis causis, eorumque jurisdictione non impediant, sed nec contra Clericos, nisi Episcopo prius requisiti ac negligente procedant, aliâs processus sint nulli, & ad damni satisfactionem partibus illati teneantur. ibidem.

X. Nullus etiam Episcopus alienos subditos puniendi privilegium habens, contra Clericos sibi non subditos nisi eorum proprii Episcopi, si apud Ecclesiam resederit, aut personæ ab ipso deputandæ inter ventu procedat, aliâs processus sint irriti. sess. 14. c. 3.

XI. Cui ascensus ad Sacros Ordines à suo Prælato quacunq; ex causa interdictus, aut qui ab eo suspensus fuerit, nulla contra Prælati voluntatem ad Ordines gradus, dignitates, concessa licentia, sive institutio suffragetur. ibidem. c. 1.

XII. Episcopus residens apud Ecclesiam suam, de subreptione gratiæ, quæ impetratur super absolute publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ ab ipso impositæ, ut delegatus Apostolicus etiam summarie cognoscat, ipsamque, si falsis precibus impetrata sit, non admittat. sess. 13. c. 5.

XIII. Appellans ab Episcopo teneatur acta coram illo ad Judicem appellationis transferre suis expensis, quas pro

pro rata subeat etiam appellatus, si compareat, ac si que utatur, nisi consuetudo hoc onus soli appellanti imponat. Sess. 24. c. 20.

XIV. Actorum copiam Notarius congruâ mercede appellanti ad minus intra Mensem exhibeat.

XV. Si in mora fuerit, ab officio Ordinarii arbitrio suspendatur, & dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem & pauperes loci distribuendam solvat, quam & ipse Judex subeat, si impedimenti conscius participasse, aut aliter in mora fuerit. ibidem, non obstantibus privilegiis, concordii, quæ suos tantum obligent Authores. ibidem.

XVI. Appellans ab Episcopo aut ejus Vicario, in criminali causa coram Judice appellationis Acta primæ instantiæ producat, ipsi intra 30. dies ab appellatione gratis exhibenda, & Judex nisi exhibitis illis actis ad absolutionem non procedat. Sess. 13. c. 3.

XVII. Appellationis causa in criminalibus, si in partibus remotis a Pontifice committatur, Metropolitanis sex illius Vicariis, aut, si is suspectus foret, vel ultra duas legales diœtas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus Judicibus committatur. ibidem. c. 2.

XVIII. In causis visitationis & correctionis, seu habilitatis & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, ab interlocutoriâ, vel alio quocunque gravamine non appellatur, nec appellationi aut ulli inhibitioni deferatur, nisi gravamen per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit. ibidem. c. 1.

XIX. Legati Apostolici & Nuntii, Patriarchæ, Prælati & Metropolitanis in admittendis appellationibus vel inhibitionibus servant formam Canonum, præsertim Constit. Innocent. IV. quæ incipit: Romana (in 6. de Appellat.) Non obstantibus privilegiis, consuetudinibus, &c. Sess. 22. c. 7. Aliter inhibitiones & processus sint nulli. ibidem.

§. III.

De Potestate in exemptos & privilegiatos.

I. Omnes Ecclesiarum Prælati in Ecclesiis suis residentibus, Sz-

tes, Sæculares Clericos qualitercunque exemptos si aliàs suæ jurisdictioni subessent, quoties & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, ut Apostolicæ Sedis delegati corrigendi ac castigandi facultatem habeant, non obstantibus quibuscunque &c. Sess. 14. c. 4.

II. Nemo sæcularis Clericus vel cujusvis Ordinis Regularis extra Monasterium degens etiam sui Ordinis privilegii prætextu tutus censeatur, quò minùs, si deliquerit, ab Ordinario ut delegato Apostolico visitari, puniri, & corrigi valeat. Sess. 6. c. 3.

III. Regularis non subditus Episcopo, qui extra Claustra Monasterii degit, & extra notoriè cum scandalo deliquit, Episcopo instante à suo Superiore infra tempus ab Episcopo præfigendum severè puniatur, ac de punitione Episcopum certiores faciat, aliàs à suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Sess. 25. de regul. c. 14.

IV. Censuras & interdicta Ordinariorum illis mandantibus Regulares in suis Ecclesiis publicent, atque servant. ibidem. c. 12.

V. Dies etiam festi in Diocesi ab Episcopo præcepti ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, servantur. ibidem.

VI. Qui itidem omnes ad publicas processiones vocati accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò degunt. ibidem. c. 13.

VII. Controversias omnes de præcedentia inter Ecclesiasticas personas tam sæculares, quàm Regulares in processibus publicis, exequiis, & similibus Episcopus componat, non obstantibus quibuscunque. ibidem.

VIII. Litteræ Conservatoriæ nemini, etiamsi Capitulum fuerit, suffragentur, ut coram Episcopo, sive alio superiore Ordinario conveniri, ac contra eum procedi non possit. Sess. 14. c. 5.

IX. In civilibus causis nemo, si Actor sit, alium ad Judices suos Conservatores trahere potest. Si in iis Causis, ubi ipse est reus, Conservator suspectus sit, aut inter Conservatorem & Ordinarium lis sit super competentia jurisdictionis, non procedatur, donec per arbitros de suspicione aut jurisdictione fuerit judicatum. ibidem.

X. Litteris Conservatoriis ultra quinquennium nemo gaudeat,

gaudeat, nec ejus Familiares, nisi duo, si propriis ejus sumptibus vixerint. ibidem. Nec liceat conservatoribus Judicibus erectum habere tribunal; in causis verò mercedum & miserabilium personarum seruetur, quod ponitur infra.

XI. Universitates, Collegia Doctorum, sive Scholarium, regularia loca, Hospitalia, aut Hospitalitatem servantia, horumque omnium persona ab hoc decreto exempta sint. ibidem.

XII. In exemptorum causis seruetur Constit. Innocent. IV. quæ incipit, Volentes. in Concil. general. Lugdun. in 6. de privileg. Sess. 7. c. 14.

XIII. In civilibus causis mercedum & miserabilium personarum Clerici seculares aut regulares extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti coram Ordinariis ut delegatis Apostolicis conveniri, & ad solvendum compelli possint. ibidem, non obstantibus privilegiis, Conservatoribus &c.

XIV. Protonotarii Apostolici, Comites Palatini, Capellani Regii, & alii hujusmodi, nec non Monasteriis oblati aut quomodocunque addicti, aut sub nomine servientium militiis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocunque titulo assumptis Ordinariis, ut delegatis Apostolicis, plenè, & Capellani Regii juxta Constit. Innocent. III. quæ incipit, Cum Capella (l. 5. de privil. & privileg. excess.) subjecti existant. Sess. 24. c. 11.

XV. Exceptis iis, qui prædictis locis aut militiis actu serviunt, & intra eorum septa ac domos resident, subque eorum Obedientia vivunt, sive secundum regulam, earum militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat. idem.

XVI. In Monasteriis seu domibus virorum seu mulierum, quibus imminet animarum cura sæcularium personarum regulares, quàm sæculares hujusmodi curam exercentes subsunt quoad illam immediatè jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum, nec sine eorum consensu ac præexamine aliqui ad nutum amovibiles ibi deputentur. Sess. 25. de regul. c. 11. Exceptis Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, iisque monasteriis seu locis, ubi Abbates generales aut Capita Ordinum, Ordinarium principalem habent, aut Abbates

Abbatibus, aut alii regularium superiores jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & parochianos exercent. ibidem. Salvo eorum Episcoporum jure, qui Majorem in prædictis jurisdictionem exercent. ibidem.

XVII. Episcopus etiam, ut delegatus Apostolicus potest quoscunque Notarios, etiam Apostolicam, Imperiali, Regiam auctoritate creatos examinare, illisque non idoneis repertis, aut in officio delinquentibus, ejus usum in causis Ecclesiasticis perpetuo aut ad tempus prohibere, non obstante appellatione &c. Sess. 22. c. 10. Complectitur hoc caput generalia solum jurisdictionis & potestatis Episcopalis capita, quæ se in particulari ad omnia ferè Reformationis Tridentinæ extendit. Nam in plerisque executio, & delinquentium vel contradicentium punitio, coactio, coercitio etiam Episcopis ut Apostolicæ Sedis demandatur delegatis, ut sanctissimi Concilii neglecta auctoritas & disciplina Ecclesiastica post tot annos nondum restituta Episcoporum culpæ plerisque locis tribui possit ac debeat &c.

P A R S III.

DE DISCIPLINA RELIQUORUM ECCLESIASTICORUM, ET PARTIM LAICORUM.

C A P U T I.

DE IIS, QUÆ OMNIBUS ECCLESIASTICIS SUNT COMMUNIA.

I. Quæ plùs de Clericorum vitâ, honestate, cultu, doctrinâque sancita fuerunt, eadem impostero iisdem poenis vel majoribus arbitrio Ordinarii serventur, non obstante appellatione &c. Quæ verò in desuetudinem abierunt, ab iisdem Ordinariis in usum revocentur, non obstantibus consuetudinibus quibuscunque. Sess. 22. c. 1.

II. Quæ de modesta suppellectili, frugali culta simplicitate, & vanitatum contemptu, consanguineis non ditandis, Episcopis præcipiuntur, eadem quibuscunque Beneficia obtinen-

obtinentibus observari debent. Sess. 25. c. 1. Vide p. 2. num. 1. & 2.

III. Iidem omnes, quantum per proventus licebit, Hospitalitatem exercere assuescant. Sess. 25. c. 8.

IV. Clerici vestes proprio congruentes Ordini semper deferant. Sess. 14. c. 7.

V. Omnes Ecclesiastici, qui aut in Sacris fuerint, aut Beneficia qualiacunque obtinuerint, si ab Episcopo moniti etiam per edictum publicum, habitum clericalem congruentem non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, officiis, ac Beneficiorum fructibus; si autem denud deliquerint per privationem coerceri debeant, ac possint. juxta Constit. Clement. V. in Concil. Vienn. quæ incipit, Quoniam. l. 3. Clement. de vita & honestat. cler. Sess. 1. c. 6.

VI. Clerici quicumque mulieres aut concubinas suspectas in domo vel extra ne detineant, aut cum iis ullam consuetudinem habeant. Sess. 25. c. 14.

VII. Si moniti à Superioribus non abstinerint, tertii parte fructuum & pensionum ipso facto sint privati, quæ Fabricæ Ecclesiæ aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicentur. ibidem.

VIII. Si ita suspensi, cum iis mulieribus nihilominus versentur, tunc Beneficiis ac officiis quibuscunque perpetuo priventur, ac inhabiles ad quæcunque Beneficia & officia reddantur, donec post manifestam emendationem superioribus ex causa cum iis visum fuerit, dispensandum. ibidem.

X. Si Consortium semel intermissum reperant, aut alias scandalosas mulieres sibi adjungant, ultra prædictas penas etiam excommunicentur, non obstante appellatione, aut exemptione &c. ibidem.

XI. Supradictorum Cognitio non ad Archidiaconos, Diaconos aut ad alios inferiores, sed ad Episcopos pertinet, qui sine strepitu & figurâ judicii & solâ facti veritate inspecta procedere possint. ibidem.

XII. Clerici Beneficium aut pensionem non habentes pro delicti qualitate ab Episcopo puniantur, carcere, suspensione ab Ordine, inhabilitate ad Beneficia, aliisque modis. ibidem.

XIII. Episcopi concubinarij si à Synodo provinciali admo-

admoniti se non emendaverint, ipso facto sint suspensi, & si perseverent, ad Pontificem à Synodo deferantur. *ibidem.*

XIV. Non liceat Filiis Clericorum illegitimis in Ecclesiis, ubi eorum Patres Beneficium habent, aut habuerunt, aliud Beneficium obtinere, nec ministrare, nec pensiones super fructibus Beneficiorum, quæ Patres eorum obtinent, aut obtinuerunt, habere. *Sess. 25. c. 15.*

XV. Si in præfenti in eadem Ecclesia Beneficia obtinent, Filius suum Patrem resignet, aut cum alio permutet, extra Ecclesiam intra tres menses. Aliàs ipso jure eo privatus existat, & quævis dispensatio subreptitia censeatur. *ibid.*

XVI. Reciprocas resignationes parentum in gratiam filiorum, ut alter alterius Beneficium consequatur, in fraudem Canonum factæ censeantur, nec collationes ipsi illegitimis Clericorum Filiis suffragentur. *ibidem.*

C A P U T II.

DE BENEFICIATIS, ET PRÆCIPUE DE CURATIS.

I. **E**piscope inferiores Beneficia residentiam exigentia, in titulum sive comunendam obtinentes, ab Ordinariis residere cogantur, nullisve privilegia perpetua de non residendo, aut fructibus in absentia percipiendis suffragentur. *Sess. 6. c. 2.*

II. Dispensationes temporales ex justis causis concessæ & coram Ordinario probandæ solum valeant, quo casu Episcopi ut delegati Apostolici provideant per idoneos Vicarios assignatâ eis congruâ fructuum portione, ne cura animarum negligatur. *ibidem.*

III. Eadem omnino (quæ de Episcopis) etiam quoad culpam & pœnam de Curatis inferioribus vel Beneficium curatum obtinentibus S. Synodus decernit. *Sess. 23. c. 1. vide p. 2. c. 2. n. 6. & 7.*

IV. Non absint nisi causâ probatâ per Episcopum, & Vicario ab ipso approbando cum debita mercedis assignatione relicto; discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam ultra bimestre nisi gravi ex causa non obtineant. *Sess. 23. c. 1.*

V. Si per edictum citati contumaces fuerint, liberum sit Ordinariis, per censuras & sequestrationem fructuum, aliterque illos compellere. ibidem, non obstantibus privilegiis, consuetudinibus, inhibitionibus, etiam vigore Eugenianae constitutionis. ibidem.

VI. Hoc decretum & alterum sub Paulo III. (positum n. 1.) in Conciliis provincialibus & Episcopalibus publicetur. ibidem.

VII. Qui de cetero plura curata aut aliis incompatibilia Beneficia receperit, ac simul retinuerit, Beneficiis ipsis jure privatus existat. juxta Constit. Innocent. III. quae incipit De Multa. l. 3. de praebend. & dignitat. Sess. 7. c. 4.

VIII. Ordinarii quoscunque plura curata aut aliis incompatibilia Beneficia obtinentes, dispensationes suas exhibere compellant. ibid. c. 5. & aliis procedant juxta Constit. Greg. X. in Concil. generali Lugdun. quae incipit, Ordinarii (in 6. de offic. Ordin.) Providentes insuper per idoneos Vicarios, & congruae portiois fructuum assignationem, ne cura animarum aliaque negligantur, non obstantibus privilegiis, appellationibus. ibidem.

IX. Imposterum unum tantum Beneficium singulis, etiam Cardinalibus conferatur, cui si honestae sustentationi non sufficiat, liceat aliud simplex, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Sess. 24. c. 1.

X. Qui plures Parochiales Ecclesias obtinent, cogantur, unam tantum retentam aliis intra sex menses dimittere, & aliis Beneficia omnia, quae obtinent, jure ipso vacent. ibidem.

XI. Archipresbyteri & quicumque Parochiales vel alias curatas Ecclesias obtinentes, per se, vel impediti, per alios praedicent diebus Dominicis & Festis solennibus, & saepius in Adventu & Quadragesima, ac praeterea Doctrinam Christianam singulis Dominicis & Festis tradant. Sess. 5. c. 2.

XII. Qui ab Episcopo moniti intra tres menses non paruerint, censuris seu aliter ab eodem cogantur. Interim alteri, qui id praestet, honesta merces ex Beneficiorum fructibus persolvatur. ibidem.

XIII. Si Praelati & Abbates Regulares Monasteriorum in nulla Diocesi existentium in Ecclesiis Parochialibus sibi subjectis ista negligant, a Metropolitanano vel delegato Apostolico

stolico compellantur. ibidem. Non obstantibus exemptionibus, consuetudinibus, appellationibus, unionibus &c. ibidem.

XIV. Detestatur S Synodus in electione, nominatione, presentatione, institutione, confirmatione, collatione vel alia provisione, sive admissione ad possessionem Cathedralis Ecclesie, vel Beneficii, Canoniatuum, Præbendam, vel partem proventuum, seu ad distributiones certas conditiones seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitas, aut lucra Turnorum. Sess. 24. c. 14.

XV. Episcopi, quæcunque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus Simonie aut avaritie speciem habentes fieri non permittant, & de constitutionibus sive consuetudinibus super prædictis cognoscant, & pravas ac scandalosas aboleant etiam à Pontifice confirmatas, de quarum sub & obreptione & intentionis defectu, ut Delegati Apostolici cognoscere possint. ibidem.

XVI. Mandata de providendo & gratias expectativas nemini etiam Universitatibus concedi, nec non concessis uti liceat. Sess. 24. c. 19. Nec reservationes mentales, aliæque gratiæ advocaturæ, vel aliena Beneficia, Monasteria, Ecclesie etiam Cardinalibus concedantur, & concessæ abrogatæ censeantur. ibidem.

XVII. Nemini accessus aut regressus etiam de consensu, etiam Cardinalibus ad Beneficium qualecunque concedatur, & hætenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur. Sess. 25. c. 7. In coadiutoris quoque cum futura successione idem observetur. ibidem.

XVIII. Si Ecclesie Cathedralis aut Monasteriiurgens necessitas aut evidens utilitas Coadjutorem postulet, is non detur cum futura successione, nisi causâ cognitâ à Pontifice, & concurrentibus qualitatibus in Episcopo & Prælato requisitis. Alias concessiones subreptiæ censeantur. ibidem.

XIX. Locationes bonorum Ecclesiasticorum, si anticipatis solutionibus fient, in præjudicium successorum non valeant, nec confirmentur; Locationes verò rerum Ecclesiasticarum à Pontifice confirmatæ sunt irritæ; quas ad longum tempus factas, Synodus Provincialis vel deputandi ab ea in damnum Ecclesie, & contra Canones contractas fuisse, judicabunt. ibidem.

XX. Non

XX. Non liceat etiam jurisdictiones Ecclesiasticas seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in Spiritualibus, locare, nec Conductoribus per se aut alios exercere, aliter concessionem etiam Apostolicam subreptitiam consequantur, ibidem.

C A P U T III.

DE CANONICIS, ET CAPITULIS.

I. Nemo ad dignitates curatas promoveatur, nisi annu-
25. etatis attigerit, & in clericali ordine versatus doctrinam necessaria & morum integritate commendetur, juxta Constit. Alexand. III. in Concil. Lateran. quæ incipit, Cum cunctis (l. 1. de electione & electi potest. Sess. 24. c. 12.

II. Archidiaconi sint, ubi fieri poterit, Doctores aut Licentiatum in Theologia aut Jure Canonico.

III. Ad cæteras dignitates vel personatus Clerici idonei & 22. annis non minores adsciscantur. ibidem.

IV. Professionem fidei, quomodo & quando prædici-
facere debeant, vide p. 1. c. 1. n. 2. & 3.

V. Nemo nisi Subdiaconus fuerit, in ullo Capitulo etiam Regulari Ecclesiæ vocem habeat, etsi hoc ei liberè ab aliis fuit concessum. Sess. 22. c. 4.

VI. Quorum Beneficiis varia onera sunt annexa, dicendi vel cantandi Missas, Evangelium, Epistolam &c. quæcumque exemptione non obstante teneantur infra annum Ordines suscipere requisitos, alioqui pœnas incurrant, Constit. Concil. Vienn. quæ incipit Ut ii, qui. (l. 1. Clement. de ætate & qual. ord.) ibidem. Neminem etiam ad dignitatem, Canoniatum, portionem recipiant, nisi ordine requisito sit initiatus, aut infra tempus statutum eo initiari valeat. Sess. 24. cap. 12.

VII. Omnes Canonici ac portiones Ecclesiarum Cathedralium habeant annexum Ordinem majorem, quis autem, quibusque beneficii annexus esse debeat, Episcopus cum Concilio Capituli distribuat, modò dimidia saltem pars Presbyteri sint, aut plures vel omnes, ubi consuetudo id habet. ibidem.

VIII. Hortatur etiam S. Synodus, ut, ubi commodè fieri

fieri potest, dignitates omnes, aut saltem dimidia pars Canonicatum in Cathedralibus Ecclesiis & Collegiatis insignibus conferantur tantum Doctoribus aut Licentiatis in Theologia vel Jure Canonico. ibidem.

IX. Prædictis omnibus non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres Menses à suis Ecclesiis quolibet anno abesse, salvis iis constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt. Alioquin primo anno priventur dimidia parte fructuum, quos etiam ratione præbendæ & residentiæ fecerunt suos. Si iterum delinquant, priventur omnibus fructibus. Contra contumaces procedatur juxta Canones. ibidem.

X. Distributiones, qui statutis horis ac diebus interfuerint, soli recipiant. ibidem. Reliqui illius diei distributionem amittant, Fabricæ Ecclesiæ aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicandam. Contumaces juxta canones priventur. Sess. 22. c. 3.

XI. Si alicui ex obtinentibus dignitates in Ecclesiis Cathedralibus aut collegiatis officium non competat, sed extra illas in Diœcesi cura animarum imminet, cui is incumbere voluerit: quamdiu eam curam exercuerit, præsens in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis habeatur. ibidem.

XII. Hæc ibi tantum constituta sint, ubi consuetudo non est, ut dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem fructuum ascendat, non obstantibus quibuscumque &c. ibidem.

XIII. Pænitentiarius quoque, dum Confessiones in Ecclesia audiet, præsens in choro habeatur. Sess. 24. c. 8.

XIV. Omnes verò Ordines per se exercere, & non per substitutos divina obire officia, & Episcopo servire, atque in Choro Psallere compellantur. ibidem. c. 8. & Sess. 22. c. 4.

XV. Nec aliis, nisi ætatem & alias habilitates habeant, fiat provisio, alioqui sit irrita. ibidem.

XVI. Vestitu utantur decenti; eaque morum integritate polleant, ut merito Ecclesiæ senatus dici possint. Sess. 24. cap. 12.

XVII. Cætera Synodus provincialis præscribet, interim Episcopus cum duobus Canonicis, quorum unus ab ipso, alter à Capitulo eligatur, poterit providere. ibidem.

T c

XVIII, Ca-

XVIII. Capitulum sede vacante, ubi fructuum percipiendorum munus habet, Oeconomum unum vel plures decernat. *ibid.* c. 16.

XIX. Item Vicarium infra octo dies à morte Episcopi constituat, vel existentem confirmet, qui saltem in Jure Canonico sit Licentiatus, vel Doctor, vel aliàs idoneus, alioquin Metropolitanus deputet, aut in Ecclesia Metropolitana antiquior Suffraganeus, in exempta Episcopus vicinior. *ibidem.*

XX. Episcopus postea promotus ab Oeonomo, Vicario, & aliis, etsi fuerint ex Capitulo, rationem possit exigere, eosque punire, licet à Capitulo vel deputatis ab eadem liberationem obtinuerint. *ibidem.*

XXI. Eidem Episcopo Capitulum de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si ad Capitulum pervenerint, teneatur rationem reddere.

CAPUT IV.

DE REGULARIBUS.

§. I.

Regularibus omnibus communia.

I. Omnes Regulares juxta Regulam vivant, & præcepta ad eorum essentiam, nec non ad communem vitam victum, vestitum, pertinentia fideliter observent. *Sess. 25. de regul. c. 1.* Id ut fiat, curent Superiores in Capitulis & Visitationibus. *ibidem.*

II. Nemini Regularium liceat bona immutabilia vel mobilia qualiacunque, tanquam propria aut nomine conventus possidere; nec liceat Superioribus bona stabilia aliena concedere ad usum fructum, vel usum, commendam, vel administrationem. *ibidem. c. 2.* Administratio autem bonorum ad solos Officiales ad nutum Superiorum amovibiles pertinet. *ibidem.*

III. Mobilium usum Superiores ita permittant, ut paupertati conveniat, & nihil necessarium denegetur. *ibidem.* Si quis aliquid aliter tenere deprehendatur, biennio activâ & passivâ voce careat, & juxta Ordinis constitutiones puniatur. *IV. Con-*
ibidem.

IV. Concedit S. Synodus omnibus Monasteriis, & domibus, etiam Mendicantium, exceptis Capuccinorum & Minorum de Observantia, etiam iis, quibus aut ex constitutionibus erat prohibitum, aut à Pontifice non permillum, ut deinceps bona immobilia possideant. ibidem. c. 3.

V. Si aliqua loca ex prædictis, quibus à Pontifice similia bona possidere permillum est, eis spoliata sunt, eadem illis restituantur.

VI. Is sit quovis loco Numerus Regularium, qui vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè possit sustentari. ibidem.

VII. Nec de cætero similia loca erigantur sine licentia Episcopi. ibidem.

VIII. Nullus Regularis sine sui Superioris licentiâ quovis prætextu subijciat se obsequio alicujus Prælati, Principis, Universitatis, Communitatis, aut cujuscunque Personæ seu loci, neque privilegium, neque facultas ab aliis obtenta suffragetur. ibid. c. 4.

IX. Regulares à suis Conventibus non recedant, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi aut vocati fuerint. Qui sine prædicto mandato in scriptis obtento reperitur, ab Ordinario tanquam desertor instituti puniatur. ibidem.

X. Qui studiorum causâ ad Universitates mittuntur, in conventibus tantum habitent, alioquin ab Ordinario contra eos procedatur. ibidem.

XI. Superiores quicumque eligantur per vota secreta, ita ut eligentium nomina nunquam publicentur. ibidem. c. 6.

XII. Nec liceat Provinciales, Abbates, aut alios titulares ad effectum electionis constituere, aut suffragia absentium supplere; alias electio irrita sit. ibidem.

XIII. Permittens se eligi in Superiorem titularem ad officia Religionis inhabilis fiat, facultatesque concessæ abrogatæ censeantur, & impostero concedendæ subreptitiæ. ibidem.

XIV. Professio non fiat ante 16. annum expletum, nec ante annum post susceptum habitum in professione peractum; ante facta sit nulla. ibid. c. 18.

XV. Nulla quoque renuntiatio aut obligatio antea facta, etiam

cta, etiã jurata, aut cum hujus favoris expressa renuntiatione sit valida, nisi cum licentia Episcopi, five ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professionem; nec alias suum effectum fortietur, nisi secuta professione. *Ibidem.* c. 16.

XVI. Finito tempore Novitiatus Superiores habiles admittant, aut eijciant. *ibidem.*

XVII. Per hæc tamen Sacra Synodus nihil intendit, innovare circa institutum Societatis JESU. *ibidem.*

XVIII. Ante professionem, excepto victu & vestitu tempore probationis ex bonis Novitii vel Novitiæ Monasterio nihil tribuatur Parentibus, vel Propinquis. *ibidem.*

XIX. Abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quod ut fiat, Episcopus etiã per Censuras compellatur.

XX. Religiosus prætendens vim aut metum in ingressu Religionis aut defectum ætatis in professione non auditur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, non aliter, nisi causas deduxerit coram Superiore suo & Ordinario. *ibidem.* c. 19.

XXI. Si habitum antea dimiserit, non admittatur, sed cogatur ad Monasterium redire, & tanquam Apostata puniatur, nec ullo Religionis suæ privilegio juvetur. *ibidem.*

XXII. Nemo transferatur ad laxiorem Religionem. *Ibidem.* Nec ullus Superior aliquem ad habitum seu professionem admittat, nisi ut in Ordine, ad quem transfertur, sui Superioris obedientiã in claustro perpetuò maneat. Si taliter translatus, licet Canonicorum Regularium fuerit, Beneficia sæcularia omnino incapax existet. *Sess. 14. c. 11.*

XXIII. Non detur licentia cuiquam Regulari occurrere ferendi habitum suæ Religionis. *Sess. 25. de regular. c. 19.*

§. II.

Quibusdam Monasteriis Virorum pæculiaria.

I. Monasteria Episcopis, Capitulis generalibus, item Visitatoribus regularibus non subjecta, infra annum à fine hujus Concilii, & deinde quolibet triennio in Congregationes se redigant, juxta Constit. Innocent. III. in Concil. general. Lugdun. quæ incipit. in singulis, l. 1. de electione & electi potest.

test. ibique aliquot deputent, qui de modo & ordine Congregationes erigendi, & Statuta in iis exequendi deliberent. *sess. 27. de regul. c. 8.* Si intra limites unius provinciae non sit sufficiens numerus, conjungantur duarum vel trium monasteria.

II. Capitula, Praesides, Visitatores talium Congregationum possunt ac tenentur Congregationis suae Monasteria visitare ac reformare, sicut Praesides ac Visitatores in aliis Ordinibus. *ibidem.*

III. Si etiam Metropolitano instante praedicta non fiant, Episcopis ejusmodi Monasteria subjiciantur. *ibidem.*

IV. Ordinum capita ac superiores Episcopis non subiecti Monasteria & Prioratus sibi subiectos visitent ex officio, etiam si commendata existant, quare non comprehenduntur iis, quae alias de Visitatione Monasteriorum commendatarum definita sunt. *sess. 21. c. 8. vide p. 2. c. 7. n. 11.*

V. Ipsa quoque Monasteria, quae sunt Ordinum capita juxta constitutiones visitentur. *ibidem. c. 20.*

VI. Durantibus commendis Superiores, correctiones, & spirituale regimen exercentes a Capitulis generalibus vel Ordinum Visitoribus instituantur, salvis in caeteris praefactorum Ordinum privilegiis. *ibidem.*

VII. Monasteriis, Prioratibus, Praepositis, nunc commendatis Regulares ejusdem Ordinis expressè professi praeficiantur. *ibidem. c. 21.*

VIII. Quae verò in posterum vacabunt, non nisi Regularibus spectatae virtutis & sanctitatis conferantur. *ibidem.*

IX. Qui in praesenti Monasteria, quae Ordinum capita ac Primates sunt, sive Abbatias, seu Prioratus, quae filiae illorum capitum nuncupantur, in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successione provisum, infra sex menses solenniter profiteri aut cedere teneantur. *ibidem.*

X. Ne fraudi locus sit, in provisionibus dictorum Monasteriorum qualitas singulorum exprimat. Aliter provisio censetur subreptitia, neque triennali etiam possessione juvetur. *ibidem.*

§. III.

Monialibus propria.

I. Episcopi etiam ut Delegati Apostolici Claustrum Monialium restitui & conservari procurent, juxta Constitutio- nem Bonif. VIII. quæ incipit: Periculoso. in 6. de statu regul. in obediens & contradictores censuris aliisque pœnis etiam invocato brachio sæculari compeſcant. Sess. 25. de reg. c.

II. Quod auxilium ut præbeant, monentur Principes & sub excommunicatione ipso facto incurrenda Magistratibus sæcularibus injungitur. ibidem.

III. Nemini Sanctimonialium post professionem licet exire à Monasteriis etiam ad breve tempus, nisi ex causa Episcopo approbanda. ibidem.

IV. Ingredi autem intra septa monasterii nemini cuicunque conditionis, sexus, ætatis sine Episcopi sive Superioris licentiâ in scriptis obtentâ, sub excommunicatione ipso facto incurrendâ. ibidem.

V. Dare autem tantum Episcopus possit, vel Superior debet licentiam in casibus necessariis, nec alius possit viget cujusvis indulti. ibidem.

VI. Curent Episcopi & alii Superiores, ut Monasteria Sanctimonialium extra mœnia constituta ad nova vel antiqua Monasteria intra urbes & oppida reducantur, etiam invocato auxilio brachii sæcularis. ibidem.

VII. Abbatisa, Priorissa & quocunque nomine Præposita, eligatur non minor annis 40. & quæ octo annis post præssam professionem laudabiliter vixerit. ibidem. c. 7.

VIII. Si talis non reperiatur, ex alio ejusdem Ordinis Monasterio eligi possit; si id incommodum Superiori videatur, ex iis, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum consecuerint, & quinque saltem annis post professionem laudabiliter vixerint eligatur. ibidem.

IX. Duobus Monasteriis nulla præficiatur; quæ duo vel plura obtinet, uno excepto, cætera intra sex menses resignet, aliàs post id tempus omnia ipso jure vacant. ibid.

X. Qui electioni præest Episcopus, sive alius Superior claustra non ingrediatur, sed ante Cancellorum fenestellam audiat vota, vel accipiat. ibidem.

XI. Monasteria quæcunque Monialium S. Sedi immediatè subjecta, etiam Capitula S. Petri vel S. Joannis, ab Episcopis ut delegatis Apostolicis gubernentur. Quæ verò à deputatis in Capitulis generalibus vel aliis Regularibus reguntur, eis relinquuntur. *ibidem. c. 9.*

XII. Admoneantur in Constitutionibus Sanctimonialium, ut saltem singulis mensibus confiteantur, & communi-ent. *ibidem. c. 10.*

XIII. Præter Ordinarium Confessarium alius extraordinarius bis aut ter in anno eis offeratur, qui omnium confessiones audire debeat. *ibidem.*

XIV. S. Christi Corpus intra chorum vel septa Monasterii Monialium extra publicam Ecclesiam non asservetur, non obstante privilegio &c.

XV. Puella habitum Regularem suscipere volens major sit duodecim annis, antè eam non suscipiat, nec postea ipsa vel alia professionem emitat, prius quàm Episcopus exploraverit, vel eo impedito ejus Vicarius, vel aliquis eorum sumptibus deputandus, ejus voluntatem, libertatem, qualitatem. *ibidem. c. 17.*

XVI. Cujus professionis tempus ne Episcopus ignoret, Præfata Monasterio eum ante mensem moneat, quod si non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit. *ibidem.*

XVII. Anathemati subijcit S. Synodus omnes, quomodocunque cogentes aliquam Virginem vel Mulierem, invitam, præterquam in casibus jure expressis, ad ingressum, habitum vel professionem cujuscunque Religionis; item consilium, auxilium, favorem dantes, vel scienter quoquo modo tali actui præsentiam, consensum, vel auctoritatem interponentes. *ibidem.* Item sanctam virginum & aliarum mulierum voluntatem voti accipiendi, vel voti emittendi quocunque modo sine justa causa impediens. *ibidem. c. 18.*

XVIII. Eaque omnia, quæ ante professionem, vel in ipsa fieri oportet, serventur non solum in Monasteriis subjectis Episcopo, sed etiam in aliis quibuscunque, exceptis mulieribus, quæ Pœnitentes ac Convertitæ appellantur. *ibidem.*

§. VI.

Ad executionem spectantia.

I. Omnia & singula in superioribus §§. contenta à Regularibus observentur, non obstantibus privilegiis etiam Mari magno, Constitutionibus & Regulis, etiam juratis consuetudinibus, etiam immemorialibus &c. Sess. 25. de regularibus. c. 22.

II. Si verò Regulares, tam viri, quàm feminae sub aetiori regulâ, vel statutis vivunt, accepta facultate habendi bona stabilia in communi, eos ab eorum instituto & observantia S. Synodus amovere non intendit. ibidem.

III. Episcopi, Abbates, Generales, aliique Superiores Ordinum statim prædicta exequantur. ibidem.

IV. Episcoporum negligentiam Concilia generalia, Regularium Capitula provincialia & generalia, vel in eorum defectum Concilia provincialia per deputationem aliquorum ejusdem Ordinis suppleant ac caveant. ibidem.

V. Regibus, Principibus, Rebuspublicis & Magistratibus in virtute S. Obedientiæ S. Synodus præcipit, ut in superioribus contentæ reformationis executione suum auxilium & auctoritatem interponant, quoties fuerint requisiti. ibidem.

CAPUT V.

QUÆDAM ECCLESIASTICIS ET LAICIS COMMUNIA.

§. I.

De Jure Patronatus.

I. **N**emo nisi Ecclesiam, Beneficium, aut Capellam de novo fundaverit, & construxerit, seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis & patrimonialibus competenter dotaverit, Jus Patronatus impetrare possit, aut debeat. Sess. 14. c. 12. Sess. 25. c. 9.

II. In casu autem foundationis aut dotationis hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri reservetur. Sess. 14. c. 12.

II. In

III. Titulus hic ex authentico documento aliisque jure requisitis, sive etiam ex præsentationibus tempore immemorabili multiplicatis ostendatur. Sess. 25. c. 9.

IV. Ubi jus usurpatum præsumitur, præsentationes continuatæ non minori, quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur, præter immemoralis temporis probationem. ibidem.

V. Reliqui Patronatus omnes seu privilegia concessa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque jure nominandi, eligendi, præsentendi, abrogatæ sint & irritæ, ac hujusmodi Beneficia tanquam libera conferantur. ibidem.

VI. Exceptis Patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, & aliis, qui ad Imperatorem, Reges, seu regno præsidentes aliosque Principes jura imperii in suis dominiis habentes pertinent, & aliis, qui in favorem studiorum generalium concessi sunt. ibidem.

VII. Non liceat Patrono aliquem, nisi Episcopo loci præsentare, ad quem præsentatio & institutio cessante privilegio pertinet, aliàs præsentatio & institutio secuta irritæ sint. Sess. 14. c. 13.

VIII. Ad hæc liceat Episcopo præsentatos à Patronis, si idonei non fuerint, repellere. Sess. 25. c. 9.

IX. Patroni in perceptione fructuum, etsi verè Beneficia de jure Patronatus ipsorum ex fundatione vel dotatione essent, nullatenus se ingerant. ibidem.

X. Nec jus Patronatus vendere aut aliter in alios transferre præsumant, sub pœnâ Excommunicationis & Interdicti, & præterea amissionis juris patronatus.

XI. Circa Accessiones de Beneficiis liberis ad Beneficia juris patronatus, quid Episcopi facere possint, ac debeant, vide supra. p. 2. c. 9. n. 10.

XII. Patronatus quicumque in Ecclesiis & Beneficiis antea liberis acquisiti à 40. annis citra & in futurum acquirendi etiam Authoritate Apostolica ab iisdem Ordinariis ut delegatis Apostolicis cognoscantur, & quos non repererint legitimè constitutos, revocentur. Non obstantibus, &c. ibidem.

§. II.

De Libertate Ecclesiastica.

I. Usurpans per se vel alios bona ac jura quæcunque alicujus Ecclesiæ, Beneficii, aut pii loci, ad necessitates Ministrorum vel pauperum pertinentia, seu impediens, ne ab iis, ad quos pertinent, percipiantur, tamdiu anathemati subiacet, donec Ecclesiæ aut Beneficiario integrè restituat, & à Pontifice absolutionem obrinuerit. *sess. 22. c. 11.*

II. Si Patronatus fuerit, etiam jure patronatus ultra prædictas pœnas eo ipso privatus existat. *ibidem.*

III. Clericus verò præterea quibuscunque Beneficiis privatus sit, & ad alia Beneficia inhabilis ac ab Ordinibus etiam post integram satisfactionem & absolutionem arbitrio Ordinarii suspendatur. *ibidem.*

IV. Sæculares Principes admonentur, ut jus suum Ecclesiæ restitui non tantum concedant, sed subditos suos revocent ad debitam reverentiam, nec permittant, ut ab Officialibus Ecclesiæ immunitas violetur. *sess. 25. c. 20.*

V. Sacri Canones, Concilia generalia, nec non Apostolicæ Sanctiopes in favorem Ecclesiasticarum personarum libertatis Ecclesiasticæ & contra ejus violatores editæ, quæ omnia S. Synodus innovat, exactè ab omnibus observentur. *ibidem.*

VI. Monentur Imperatores, Reges, Respublicæ, Principes, ne jura Ecclesiastica lædi permittant.

§. III.

Alia quædam tam Ecclesiasticis quam Laicis vitanda & observanda.

I. Concubinarii Laici quomodo puniendi & coercendi sint, vide *sess. 24. de matrim. supra p. 1. c. 7.*

II. Duellorum usus penitus extirpetur, & exterminetur. *sess. 25. c. 19.*

III. Domini temporales locum ad monachiam in terris suis inter Christianos concedentes, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictionem & dominium illius loci amittant. *IV. P. 2.*

IV. Pugnantes, eorumque Patrini excommunicationis ac præscriptionis, ac perpetuæ infamiæ poenam incurrant, & ut homicidæ juxta Canones puniantur, & si in conflictu decesserint, perpetuò careant Ecclesiasticâ sepultura. *ibidem.*

V. Consulentes in causa duelli, suadentes, nec non spectatores, itidem excommunicationis & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obstante privilegio sive consuetudine, &c. *ibidem.*

VI. Omnes, ad quos decimarum solutio spectat, eas, ad quas de jure tenentur, in posterum cathedrali aut quibuscunque Ecclesiis vel personis, quibus legitime debentur, integre persolvant; qui eas subtrahunt aut impediunt, excommunicentur, nec nisi secutâ plenâ restitutione absolvantur. *ibidem. c. 12.*

VII. Monentur omnes pro Christiana charitate, ut Episcopis & Parochis, qui tenuibus præsumt Ecclesiis, subveniant. *ibidem.*

VIII. Ubi per annos 40. Quarta funeralium cathedrali aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocunque privilegio aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscunque piis locis concessa, eadem posthac integro jure, & eadem portione, quâ antè solebat, Cathedrali seu Parochiali Ecclesiæ persolvantur. Non obstantibus privilegiis quibuscunque, &c. *ibidem. c. 13.*

IX. Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & qui de jure vel consuetudine in Conciliis provincialibus interesse debent, in prima Synodo provinciali post finem hujus Concilii omnia & singula, quæ ab hac S. Synodo definita & statuta sunt, palàm recipiant, &c. *Sess. 25. c. 52.*

X. Idem in posterum, quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, promovendi, in prima Synodo provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent; Si quis renuerit, Episcopi comprovinciales statim Pontificem admonere teneantur, interimque ab ejusdem communione abstineant. *ibidem.*

XI. Cæteri omnes, sive in præsentem, sive in futurum Beneficia habituri, & qui in Synodo diocesana convenire debent,

bent, idem ut supra in eadem Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, observent. ibidem.

XII. Adhæc omnes, ad quos Universitatum & studiorum generalium cura pertinet, curent, ut ab eisdem Canones & decreta hujus Sacræ Synodi integrè recipiantur. ibidem.

XIII. Si alia in prædictis Universitatibus reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, emendentur. Universitates Pontifici immediatè subjectas sua Beatitudo visitari & reformari curabit. ibidem.

XIV. Sciant universi Sacratissimos Canones exactè ab omnibus, & quantum fieri poterit, indistinctè observandos. ibidem. c. 13.

XV. Si justa causa, & major utilitas dispensationem postulaverit, id causâ cognitâ, ac summâ maturitate, atque gratis à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinet, erit præstandum. Aliter facta dispensatio subreptitiâ censeatur.



IN